


NAZIONALE
12
16 H
23

(Vedi il Morelli Operette T. II p. 31 e segg.)
Questo libro fu stampato in Venezia da Antonio Moreto l'a. 1505. Contiene dialoghi su' bagni di Caldiero e altre cose relative a Verona


(Vedi il Morelli (Operette Tom. II p. 31 segg.) 1876 C.

fu stampato in Venezia, da Antonio Moreto, l'an. 1505.

Contiene dialoghi su bagni di Caldiero e altre

cose relative a Verona.

C.



Annotationes Ioãnis Antonii Panthei Veronensis ex trium dierum confabu-
lationibus: Ad Andreã Bandam Iuriscõsultũ: In quo quidẽ opere eruditus
lector multa cognoscet: quæ hactenus a doctis uiris desiderata sunt.

De Thermis Caldarianis: quæ in agro sunt Veronensi.

Veronæ urbis: Agriq; Veronensis: atq; Hermolai Barbari episcopi Laudes.

De Pliniorũ Patria: & de Secũdorũ familia Veronensi pulcherrima disputatio:


Vitruuii ac Plinii uaria loca: plurimaq; uocabula accuratissime interpretata.

Balneorũ ac Gymnasiorũ loca queãdmodũ latine dicant: elegãtissime describit:

Olei usus in gymnicis: Puluis palęstritarũ: Puluis eruditus geometrarũ:

Aquæ mirabiles ex Pausania: & Aristotele: & de Aquis multa.

Aqua noxia in Thessalia ex Seneca: & quare Aquæ corrumpantur.



Ferri & nitri natura & uis: Sulphuris natura & medicinæ:

Templum Mineruæ uentosæ. Purgatio terna apud antiquos.

Palus Massiliensium. Paludes admirabiles ex Diodoro.

Fontiũ & Fluminũ origo & generatio: Et quare flumina aliquando siccantur.

Megaliũ unguentũ: quod Aegyptiũ & Mendesiũ. Amaracinũ unguentũ
quod Cyzicenum: & de aliis unguentis multa.



Remedia ex Caldarianis fontibus. Et quibus modis utimur balneis Caldaria-
nis: & aliis omnibus balneis.

Alexandri Benedicti Veronensis Physici atq; Oratoris Clarissimi Epistola Ad
Magnificũ atq; insignem Equitem Dominum Paulum Triuisanum Salo-
dii ac totius Riperiæ Præfectum.


Alexander Benedictus Veronensis Physicus: Paulo Triuisano Equiti Clarissimo Salodii Præfecto. S.D.P.



Pantheus noster eques Clarissime: uir ingenii elegãtis exquisitissimiq; doctrinæ libros adhuc iuuenis de balneis caldarianis agri Veronensis elucubrauit: quos propemodũ emendatos perpolitosq; iam iam in lucẽ editurus erat: nisi subito fato extinctus fuisset. At Petrus Banda noster uir liberalissimus: & Panthei & familiæ studiosissimus: post Andreæ Bandæ iurisconsulti: ut una opera Panthei memoriæ: & amicorũ gloriæ consuleret: quoquomodo potuit imprimi statuit: O casum inopinabilem Panthei nostri: q iã ætatis ualentioris acerrimi iudicii subita apoplexia ita misere correptus fuit: ut quod in plures annos reposuerat exactius castigaturus: ut ipse mihi toties dixerat: tanq̃ aliena iudicaturus ad grauitatem & elegantiam propediem redigendum decreuerat: Sed uno momento suauissimã Panthei consuetudinem: urbanitatem: eloquentiam: ac castigandi operis facultatem mors ademit. Hortatus sæpe fueram hominem mei amantissimum: ut uigilias suas absolueret: ne ue alienam limam expectaret: Et olim Andreas Banda mihi sacri fontis munere obnoxius: ut balneorum rationem diligẽtius uiderem: libros post interitũ Panthei nobis miserat: Sed quoniã de rebus alienis partius agẽdum esse semper duximus: quoniam nimia quãdoq; diligentia: dum ægrotorũ ulcera curamus: altius q̃ par sit scalpellus quãdoq; insidet: Itaq; Antonio Moreto meo procurante pauca sustulimus: quædam imutauimus: multa ex industria prætermisimus: quæ clara pubertatis rudimenta præseferunt: exactissima studia, ingeniiq; conatus acerrimos. Sed quantũ uirtutis & laboris opera efficere potuit: non omisit. Annotationes enim multas accuratissime ex pluribus autoribus patefecit: eruditis etiam utiles: patriæ laudes illustrauit: Claros ciuitatis autores enumerauit: Amicos immortales fecit: Et Caldariana demũ balnea suo ingenio primus nobilitauit. Et Bandæ familiæ nomen: quod & si per se emicat: celebrare tamen omni studio perquisiuit: Hermolaum Barbarũ epũm Veronensem: ac Bernardum Rubrium epũm Taruisinum: Aleardum medicũ pedemontanum: Danielem Bandam equitem: Andreamq; iurisconsultum: Et si uixisset Galeacium equitem Clarissimum: ac Petrum Bandam munificentissimũ, magnis honoribus prosecutus fuisset: Quid si nouisset Margaritã Bandam uxorem tuam matronarũ nobilissimam: quæ nuper ex insula Cypro uenit: cuius maiores apud reges oẽs Cyprios litterarũ studiis: bellica disciplina: fideq; eminent: quibus non desunt diuitiarum amplitudo: & liberalitatis splendor: nam & summã imperii accuratissime inter proceres retinuere: Sed omnes

maiores suos superat Margarita Banda cõiunx tua rarissimæ religionis, casti-
tatis, liberalitatisq; exemplar, quæ in eadem insula etiamnum ingentes possidet
prouentus: Caterinæ Corneliæ reginæ cypriç chara, uel Veneto Senatui cha-
rior, Et coniugio tuo magis nobilitata: Nam familiæ tuæ splendorem in Ve-
neto Senatu, quis est qui nesciat? quot equites: quot consiliarios, quot rei.p.
Summos procuratores: oratores: exercitus legatos: Totq; classis Imperatores:
ac postremo patruum tuum Melchiorem Triuisanum exercitus legatum con
tra Gallos: cuius uirtutem in diariis nostris quodam breuiario annotauimus:
& tandem.iii.classis Imperatorem: Sed tu eques clarissime ita mihi clarus mi-
rabilisq; occurras: Vt epistolæ angustiis non multa de te dicere ualeam: Qui a
pubertate nauigationibus continuis uitam defatigasti, Deinde uariis peregri-
nationibus, Assyriam, Aegyptum, Arabiam ipsam laboris impatiens peragra-
sti: inter Rhodiorum equitum magistrum, ac Aegyptiorum regem de concor-
dia fœliciter tractasti: Assyriorum mores: Aethiopum, Arabum, Indorũq; cõ-
mertia optime nosti: Tu Nili incrementa, arborum, herbarum, fruticũq; & ex-
ternorum aromatum naturam considerasti: Animalium item uarietatem etiã
priscis ignotum descripsisti nunquam fessus: Palestinam, Samariam, Iudæam:
Amanum, Iordanem: asphaltidemq; perscrutatus es. Postremo Cyprũ tot an-
nis incoluisti. Omitto liberalitatem tuam qua cum regibus, muneribus certa-
sti: Sed in aliud tempus tuarũ laudum prçconia differimus; quoniam in multis
memorabilibus mihi & dux & auctor fuisti: Inter Venetos demum imo inter
mortales ita tenere omnia conspiceris: ut uix pauci singula complectant.
Vale. Venetiis. Idibus Maiis. M.D.D.

IOANNES ANTONIVS PANTHEVS VERONENSIS CLARISSIMAE IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTO ANDREAE BANDAE LIGNACI PORTVSQVE PRAETORI SALVTEM.



Endula solicitum tenuit te cura libelli
Dudum: iam certo pectore uota foue:
Ecce tibi migrat fontani roris alumnus:
Cui dolor est notos deseruisse sinus:
Illum sum placida sic uoce secutus euntem:
I Patrios quæras parue libelle lares:
Linque Antenoreas quibus es nutritus: Harenas:
Præ cunctis gratum sit genitale solum:
Nil Veronæa surgit iucundius ora:
Aprici nusquam gratia tanta poli:
Finibus egresso pataui: Vincentia quanq̄
Alleptet: Cæptum non tibi tardet iter:
Recta perge uia dextra mirabere colles.
Quos Bromius: quos & pallas inermis amat:
Spectabis læua gemmato prata colore:
Quæq; ceres sulcis æquora plana colit:
Hinc tibi procliuo gaudebunt uertice montes:
Hinc plano saltus æquore terra dabit.
Lusibus his tandem uenies: cui nomina fecit
Vnda salutifero calda uaporem locum:
Te primum accipiet laquearibus aula superbis:
Limina: quæ nullis obserat hospitibus:
Aula redundanti bandarum splendida luxu:
Quæ quondam dominis regia celsa fuit:
Illa sidonio requiesces lassus in ostro:
Hoc tibi nil fuerit lætius hospitio:
Fontibus ex illis component serta Napeæ:
Fragrabunt nitido florea dona sinu:
Illinc digrediens: ubi te recrearis habendas
Munificis grates sis memor hospitibus:
Quem lapidem uelox transiueris ordine quintum:
Ecce tibi pinnis mœnia cincta suis:
Mœnia Veronæ summo quæ uertice surgunt:
Altera cliuoso pars pede prona sedet:

Paulatim crescent turrita cacumina: crescet
Ardua quæ tollit culmina cælsa domus:
Conspicuam tandem lætus properabis in urbem
Vltro quæ sacras pandet amica fores:
Trans Athesim trino mittet pons fornice amœnum:
Cuius prærupto difluit unda sono:
Suspicies arcem quæ turibus imminet urbi:
Quo nil prospectu gratius urbe uiget:
Cælsa loco uigili custodit lumine campos:
Terrifico armorum turbine præsidium:
Ad geminum constrata forum te semita ducet:
Amplexus obiter plurima turba dabit:
Inclyta Pyramidum primo mirabere saxa:
In quis scalanæ sunt monumenta domus:
Non procul erectis stat porticus alta columnis
Quam struxit populus sumptibus immodicis:
Illic externis non splendent marmora guttis:
Sed de gentili rupe metalla micant:
Hic fixus tolles oculos ad culmina tecti:
Cernes sit patriæ gloria quanta tuæ:
Stat senior primum maturo Plinius æuo: Plinius senior
Naturæ clarus scriptor in historia.
Alter adoptatus iuuenili est Plinius ore Plinius Iunior
Ingenio præstans: tersus: & eloquio:
Doctus de hinc madidis dominæ deplorat iambis:
Cinctus apollinea fronde catullus auem: Catullus
Hunc Macer sequitur: cecinit qui carmine: possit
Quid serpens: quid auis: quicquid & herba uireas: Macer
Sub pedibus cerdo spectat Vitruuius ædem:
Extructam scriptis: quos dedit ille modis: Vitruui⁹
Dumq; animum pasces mirandæ culmine molis:
Ciuibus & fies notior ore tuis:
Vndiq; gratanti populus de gente coibit:
Obuius: exibit quisquis amicus erit:
Hic auidus stringet contracto colla lacerto:
Hic magno dextræ iunget amore manum:
Ante omnes uatum cœtus tibi milia figet
Oscula: Pierio: quos ego lacte tuli:

Præ cūctis illi quid agam fortasse requirent:
Corpore dic ualido mens bene sana ualet:
Gens rubria. Quod claro illustret rubriorū sidere Phœbes
Fraterno quantum lampas ab axe nitet:
Quod me scita patrum discendi sancta piorum:
Noctes atq; dies usq; fatigat opus:
Quod mihi nec liceat dulces inuisere musas:
Vt quondam suetos nec celebrare choros:
Inde recedentem comitū te multa sequetur:
Inq; alium ducet limite turba forum:
Marmoreus medio mira nitet arte colossus:
Veronæ referens ciuibus effigiem:
Sub pedibus premitur longis siphonibus unda:
Excipitur saxo rursus & illa cauo:
Cursus. Dextra flecte gradum: illustrati confinia campi
Immittent spatio: quo uia longa patet:
Quo puer ad metam populo spectante quot annis
Cornipedes pronus uerbere pulsat equos:
Quo uir: quo mulier celeri fert præmia cursu:
Quo tua curriculo munera aselle refers:
Iupiter Hāmon. Iupiter a lęua camuris stat cornibus Hāmon:
Fatidico cuius carmina ab ore silent:
Obuius hinc fiet geminati fornicis arcus:
Cui nomen uulgo bursea porta dedit:
Alter erit ueterem muro coniunctus ad arcem:
Vno qui tantum peruius ore patet:
Siste gradum: est oculos faciet quod longa uetustas:
Vitruuii gemino nomina poste leges:
Egressus porta penetrabis Pantheon: in quo
Cælicolæ sedem composuere suam:
Domus Panthei auctoris. Cernuus ante aram templo uenerare uetusto:
Quæ resident uno numina cūcta throno:
Inde sacrum primo uerbis penetrale saluta:
Et nostro fiat nomine salua domus:
Subtristem referet faciem: quæ forsitan annis
Bis tribus hei domino q; caret illa suo:
Voce tua citius depellet nubila fronte:
Te rata de nostro pectora uerba loqui:

Aduentuq; tuo paries lætabitur/atq;
Letitiæ tectum signa repente dabit:
Hospitii placido requiesces tutus in antro:
Quo merui nigras cingere fronde comas:
Quod non aonides quondam spreuere sorores/
Non humiles spreuit Phœbus adire casas/
Illic non ornant thalamos Aulæa superbos:
Nullum uestit ebur/purpura nulla torum:
Plurima sed lauri conspersit uirgula sedem/
Nostraq; Cyrrhæo gramina rora madent/
Tu nemus interea tener hoc habitabis opacum
Frondibus obsæptus carmina uoce canes/
Maturis donec fueris robustior annis/
Ismariusq; tibi terserit ora liquor/
Tunc cæcos poteris securus adire recessus/
Cernere & intrepide publica quæq; uagus/
Si tua lux primo perstringet lumina uisu/
Obfueritq; oculis missa repente tuis,
Errabunda reget recto uestigia calle:
Lure comes fidus banda sodalicio:
Post ubi perspicuas urbis conspexeris oras/
Quæq; ruinoso pondera saxa iacent/
Visere non renuas ingenti mole theatrum/
Ad cathedras prostet fœda puella licet/
Edoctus tandem ronchos perferre crepantes/
Et quæ crispanti sibila nare sonant/
Latius extendes pennas custode remoto/
Terrarum totus peruius orbis erit/
Lætior his dictis ad te uelocior Euro
Arreptum codes banda cucurrit iter/
Non est q; timeat te defensore/pericli
Astiteris modo tu/ non metus ullus erit:
Illum iam charis illum iam stringe lacertis/
Illum iam toto pectore stringe:Vale.



Vbueritus candide Lector dialogũ de caldarianis fontibus: qui ad medicam tantũ artem pertinere uidet᷑ diuersæ professionis uiros ad se legendũ primore aspectu minus inuitaturũ: Aliquid allectamenti de industria commentus sum: Quo palatum legentium sapido irritamento ad gustandũ pelliciam: Annotationes enim earum rerum ad unamquaę in disputatione / cum suis auctoribus enarranturi in opusculi fronte apposui: Quibus inspectis / non uereor ad totum opus percurrendum excitabitur curiosus lector. Quom earum plurimas eruditi etiam uiri ante hanc editionem quandoq; desiderauerint: Vale.

Ex Primi Diei Confabulatione Annotationes.

Disputatio de Plinioq; patria.
Territorium
Conterraneus.
Familia Secundoq; Veronæ
Acetaria.
Criffon uulgaris herba non
Senecion.
Sion herba
Sisymbrion.

Ex Secundi Diei Confabulatione Annotationes.

Balnea ex liquoribus:
Balnei Etymologia
Balneæ Pensiles
Balnearum ædificatio.
Pilæ Balnearum.
Pilicrepus Minister Balnei.
Hypocaustum.
Præfurnium.
Vasa Balnearum
Miliarium uas.
Baptisteria Balnei
Baptisterium Christianum.
Nundina antiquorum Dea.
Lustricus dies.
Mares nono / fœminæ octauo die nomen sortiebãtur.
Mares tribus / fœmiæ duobus noĩbus cognominabant᷑.
Piscinæ Balnei.
Probatica piscina.
Heliocaminus
Zeta locus
Spheristerion.
Stibadium.
Stibades herbæ
Hexaclinon.
Sigma.
Aediles ad tẽpandas balneas.
Sudatio per harenam
Laconica sudatio
Assa sudatio
Clibani sudatio
Sudatio p solẽ q̃ dr̃ Heliosis.
Balnei frigidi primus usus.
Palęstritaq; ædificationes ad exercitationem:

Ex Tertii Diei Confabulatio/ne Annotationes.

Auctores quibus Innituntur Dialogi Annotationes.

Plinius ſenior
Plinius Iunior
Liuius hiſtoricus
Valerius Maximus
Tranquillus
Vitruuius
Seneca
Dion
Strabo
Apuleius
Plutarchus
Cicero
Ioſephus
Columella
Varro
Iuſtinus
Theopraſtus
Macrobius
Lampridius
D.Auguſtinus
Feſtus
Marcellus
Pomponius
Suidas
Pauſanias
Diodorus Siculus
Herodotus
Xenophon
Dioſtorides
Pollux
Galenus
Paulus Aegenyta
Cornelius cælſus
Ariſtoteles
Lucianus
Lucillius
Vergilius
Lucanus
Ouidius
Lucretius
Iuuenalis
Martialis
Claudianus
Propertius
Statius Papinius
M.Manilius:

IOANNES ANTONIVS PANTHEVS VERONENSIBVS SVIS SALVTEM.

VRE Ipso ciues mei Veronenses cautum reliquere ueteres legum consultissimi: Qui iacturæ ansam cuipiam præstiterit: Iacturam ipsam præstitisse sine prouocatione adiudicet: E diuerso in argumento est qui lucri occasionem attulerit: lucrum totum attulisse uideat: Quorsum hæc iuris præfatio intendat: Vos requisituros uideo: Eo sane tenditq; si fortassis hic meus qualiscũq; labor aliquid splendoris: atq; utilitatis patriæ allaturus est. id Andreæ Bandæ ornatissimo cesareæ pontificiæq; censuræ consulto acceptum referatur: cuius suasu: ne dicam impulsu laboriosam hanc prouinciam subire coactus sum: Is nanq; inter uetera suarum rerũ monumenta opusculum quoddam de fontibus caldarianis a præstanti philosopho: clarissimoq; Physico Alcardo pindemontano ciue nostro: olim ad celeberrimũ pontificem Hermolaum Barbarum Episcopũ Veronensem scriptũ dedicatumq; repperærat: Quodq; quom incuria: inscitiaq; transcribentium: Blæsum: Barbarum: ac longo situ lacerum: sordidulumq; offendisset: Rogauit non modo: sed efflagitauit a me accurate recognoscendum: ut emaculatum expolitũq; in lucem efferri posset: Exoratus ab eo quãsæpissime. Tandem morem gerendũ putaui: quãdoquidem sic exposcebat nostra mutui amoris beniuolentia a liberalibus studiis sub Antonio Broianiceno uiro litteratissimo: integerrimoq; tantũ cœpta: Domestica æque inter familias nostras consuetudo: in antiquam prope necessitudinem abeius patruo Daniele Banda equite splendidissimo: & ornatissimo accumulatissime ex aucta: Annui eo libentius: quom rem patriæ non minus utilẽ: quam iucundam me facturum conspicerem: Addebat non parum stimuli quottidiana Andreæ interpellatio mihi obiiciens grandem illam obœratio nem: qua (ut nostis optime) etiam me tacente: sacratis Hermolai Barbari senioris manibus obnoxius tenebar: teneorq; addens appendicem: meam scilicet in Hermolaum Iuniorem obseruantiam uirum sane nostro æuo prudentissimum: integerrimum: scientissimumq; & pace multorum dixerim: omnibus: quos doctos nouerim: facille præponendũ. Cæterũ meo: Andreæq; desiderio quom adhuc in patria essem: ob fuit laboriosa lectionum assiduitatis: Interra euenit: ut ille a uobis centuriatis primatum suffragiis in leniacensem præturam missus. Ego uero in Academiam patauinam ad pontificias sanctiones nauandas in diuersum concesserimus: Ex hoc nihilo secius tepidior factus Andreas rem litteris agere cœpit. Pollicitis ego non standum: satisfaciendumq: ingrati: iniquiq; hominis esse putaui: Post multas deniq; cunctationes castigandi libelli sententiam reieci: Quod Auctori Alcardo: & mihi parum splen-

Andreas Banda

Alcardus physicus

Hermolaus Bar. eps Veronẽsis

Antonius Broianic⁹

Daniel banda eques

Hermolaus Bar. Iunior

Andreas banda

doris allaturũ arbitrabar: Verũ altius repetens satius disputatiunculam quon/dam in Bandarum ædibus apud Vicũ Caldarianum de hac re ab Hermolao Pont. Aleardo & me habitam perscribendam duxi: Quam ipse Hermolaus Aleardo petente in dissertationis calce litterarum monumentis mandandam mihi præceperat: Verumenimuero si tardiusculus in opere absoluendo (quam uterq; nostrum uolebat) Fui: non desidiæ non subterfugio non negligentiæ nõ deniq; obliuioni: sed difficilibus uariarum curarum molibus imputabitis: Susceptę quippe prouinciæ immoti ac pene ineluctabiles opponebantur obices: Quandoquidem plurima ex penitissima artis medicæ ac philosophiæ penu præter professionem meam non sine ærũnoso labore eruenda forent: & ni consiliarius auxiliariusq; incœpto operi humeros apposuisset tibicines Leonicus meus liberalium omnium artium nõ modo Romana sed graia litteratura lo/cupletissimus iniusto ego pondere pressus succubuissem: Alia mihi grãdis ad/uersaria: Quæ me sæpenumero receptui canere suasit: eadem uelitatione superanda erat: Quã sponte mea irritaueram: me (ut nouistis) amœnissimo Ora/torum poetarumq; lepore coalitum pontificię censurę seruis q̃ debueram seru/iendum dederam: Eaq; adeo primo cõgressu perterrefecit: ut incœpti me sæ/pius pœniteret: in adipiscendæq; doctrinæ illius desperationẽ pene deciderem: Post hanc non dissimilis se offerebat indefessa bellatrix: Ea uidelicet cura quã in erudiendo latine græceq; Bernardo Rubrio Parmensi susceperam: Quem annos nec duo de uiginti natum tum ob maiorum suoꝝ imprimis Petri Ma/riæ aui: atq; Guidonis patris perspectam in Senatum Venetum constanti ani/mo fidem: & a multis sæculis in hoc usq; æuum raris annalibus traditam In/nocentius. viii. Pontifex Romanus cardinalium omniũ assensu eodem Sena/tu petente Bellunensis. Ecclesiæ Antistitem designauit: ut quem uirtuti matu/rum intellexerat: honori tempestiuũ adiudicauerit: nec id temere illi contigisse putet quis: cum eius cunabula & elementa uirtutis ad summum gloriæ cumulum procedente tempore peruenturũ iam tum indicio essent: Quod adultus certo indolis experimento comprobauit: Est nãq; Bernardo præter antiquam generosæ stirpis nobilitatem Decens aspectus compositi corporis motus: ma/turus & senilis incessus: ingenio est uegeto Memoria tenaci Prudentia quãtũ ea ætas patitur præmatura: Illi est honestarum artium Sacrorumq; canonum sitibundus ardor: Vrbanitatis affabilitatis Moderationis: Bonorum morum Religionis est conditorium: Vt ei diuinoꝝ uoluminum sententia ad unguem quadrare uideatur: Senectus uenerabilis non diuturna neq; annorum numero computatur Cani enim sunt sensus hominis: & ætas senectutis uita immacu/lata: Postrema ueluti decumanus fluctus fuit inimica aduersissima ualitudo: quæ me annum alterum & quadragesimum mihiq; climatericum agẽtẽ pene obruit atq; ꝓstrauit: me etenim senestri cruciatu miserandoq; lurore & extre/

Vic. Caldarianus.

Leonicus

Bernard. Rubrius epus.


Petr. Maria.

Guido Rubrius.

ma macie adeo prorsus confecerat:ut circunstantes cadauer meum lachrymis, & suspiriosa singultatione amici, Necessariiq; anhelosam spiritus abitionē ulti ma oscitatione expectarent:perlitisq; sacro unguine luminibus, sacrificuloq; iā iam ad cælos animæ migrationem præfato, æternū uale conclamarent. Verū inenarrabili omnium Pasmatoris beneficentia primum:Deinde recuperatoris Hieronymi Turrigerani Conterranei nostri Machaonia arte adiutus, uelut al-ter uiribus ab auari Charontis luridis undis adsuperas auras reuocatus sum. Sed huius dispendiosæ moræ lectores(arbitror) non pœnitebit:nam quod ex longo uoto periit:id ad uarium:& utile operis ornamentum plurimis orato℞, poetarumq; flosculis:nec minus multorum grauibus Auctorum sententiis re-pensum est:Extremis deniq; epistolæ uestigiis cādidos lectores:Qui forte has nostras qualescunq; nugas percurrere non renuerint:admonendos percensui: ne Titulo indicatore fallantur:Qui de Caldarianis tantum Thermis polliceri uidetur. Perlegant ad calcem quæso totum opusculum:in eo si quidem enun-tiata a nobis multa cognoscēt:Quæ hactenus, uel a doctis uiris desiderata fu-erunt:Si quid hac enarratione profecerimus:Cōmuni studioso℞ utilitati gra-tulor:Sin minus:saltem quospiam excitabimus:Qui eruditiore lima delite-scentia in latebris uocabula, annosoq; situ rubiginosa:Quibus nos sublustrem umbram dedimus:ad clarissimum lucis splendorem deducent:Hocq; mihi be neficio studiosi se debere fatebūntur:Simulq; si eorum trutina æquior fuerit: errata mea pacato animo castigare contendam:Libuit insuper Dialogi argu-mentum subiicere:Quo lecturientes uno oculo℞ impetu totius opusculi nar-rationem facilius dignoscant.

Valete:

DIALOGI ARGVMENTVM.



ERMOLAVM BARBARVM PONT. VEronensem, Cui Pantheus a secretis erat, ex prætorio Montis fortis: quod ipse Magnificẽtia Regia extruxerat: Veronam redeuntem ad Caldarium uicum Christophorus, & Fratres Bandę liberali inuitatione remorantur: Eumq; lautis, & munificentissimis dapibus in amplissimis eorum ędibus triduo accipiunt: Ibi Alcardum Pindemontanum Physicorum optimum, Hermolaiq; amicissimum non longe abesse intelligunt: atq; accersunt: Primo die Regiunculam Caldarianam Tyro quodam ex incolis indice Hermolaus, Alcardus, & Pantheus angulatim peruestigant. Sequenti die post epulas de Balneis facticiis sermo exoritur: de quibus fit in uesperam ex multis auctorum sententiis non inutilis disceptatio. Tertio uero die naturalium Thermarum ratio physica accurate redditur: De Fontium quoq; Caldarianorum, eorũq; effectu, & peculiaribus remediis: Quæ obseruatio adeuntibus, abeuntibusq; seruanda sit, in medium affertur.

HERMOLAVS.ALEARDVS.PANTHEVS.INTERLOCVTores.
PANTHEVS.



ERI Hermolae in lustranda Balneaų Regiũcula Aleardũ ciuẽ nostrũ: Physicoų optimũ summopere desiderauimus: Nunc ex Inqlino audiui nõ longe abhinc diuertere. HER. Verũ ne? Facilem profecto nobis fortuna offert occasionẽ. Vel quod heri nequiuimus: hodie eo euocato absoluamus: sed ubinam est? PAN. In pratis saluianis apud Frãciscum Aleardũ. HER. O q̃ foelix doctissimoų uiroų hospitiũ: atq; consuetudo iucũdissima. PAN. Vis illum ad nos euocem? HER. Volo inq̃: inscende iumentũ: eũq; huc meis uerbis accerse. PAN. Lubentissime. HER. Aleardus alter Machaon: Alter Asclepius nostro æuo est: auxiliaribus pharmacis destinet a cadaueribus euolantes animas: Philosophantium omniũ: Quos ego quidẽ norim: facile Princeps & habetur: & est. PAN. Audiui iãdudum: non paruũ ergo lucrum hodie mihi accessisse uidebit: Si tanti uiri hac nuntii opera beniuolentiam ineo: HER. Vos ego intertim tantisper dũ redieritis isthac in specula expectabo. PAN. Huc actutũ aderimus: modo illum inueniã: HER. Attenditis ne Christophore: & uos qui adestis Bandæ quãto desiderio: quãtaq; animi alacritate Pantheus noster citato dossarii iumenti gradu ad accersendũ Aleardũ feratur? CHRI. Fertur sane iuuenili ardore: q; ea ætas ad ineundas amicitias procliuissima est. HER. Vera narras. & Panthei noui geniũ: Qui quasi cruditoų uiroų sit admirator: nõ paų ad rem suam accessisse existimat: si talium ab omnibus expetendam omni lenocinio ambire ualet amicitiã: mira obseruantia omnes excolit: & doctos ueneratur. Est quippe humano ingenio: & animo mansuecto: discendi autem cupidissimo: & corpore laboų patientissimo: modo superuiuat in nostræ familiæ officina formatus propolitusq; comprobabitur. CHRI. Eius indoles futuræ probitatis indicia manifesta præseferre uidetur: HER. Non ab re auguraris. Redolet. n. Pantheus uigorẽ ac cum ingenuitate perspicacitatẽ quandã. Est sane Veronensibus peculiaris quædam e coelo indulgentia: atq; benignitas donata: ut quũ alibi terraų oratores: & poetæ multis laboribus: & sæculis fiant: Hic sponte & ab incunabulis nascantur: Cuius rei testes sunt Clarissimi Oratores Plinii ambo senior: & iunior: apud quos collocare non uerear Cornelium nepotẽ a Pio Pontifice Max. in Asiæ descriptione Veronensem semper uocitatum: & a Plinio Padi accolam appellatum. CHRI. Audio Hermolae nõnullos præter cæteros scioli uideri cupientes: qui uetustam nostroų Plinioų gloriã quibusdã argutiolis nuper excogitatis: surripere conantur. HER. Hoc a quoq̃ minime audiui. Didici semper ex præceptoribus: nec minus a recentoribus scriptoribus Plinios ambos Veronam patriam habuisse. Verum (memini) Paucis diebus nescio quædam altercatio

Plinii duo

Cornelius nepos.

de isthac re inter Beccariam & Pantheum fuit: Quom redierit: ab eo sciscitabimur quae fuerit altercandi causa. sed interea ad Veronenses redeo: Ea insuper coniectura qua in geminis uetustissimi arcus postibus inscribi uoluit.
Vitruui⁹ Vitruuium architectoꝝ omnium eminentissimum inter Veronensium ingenia enumerare contendam. Poetae celeberrimi sunt elegantissimus
Catullus Catullus
Macer lepidissimusq; Macer: & Pomponius secundus: quem Plinius & Vatem & ciuem suum & ex nobilissima secundoꝝ familia natum describit. Praeter illam
Pōponius Secũdus ingeniorum multitudinem quae se domi continuit. Excelluere semper in Florentibus Italiae academiis in omnigena doctrinaꝝ peritia diuerso aeuo cõsumatissimi Veronenses: Inter quos nefas ducerem praeterire praeceptorem meũ
Guarinus Guarinum non modo latinae graiaeq; linguae cultorem: sed incultae barbareq; corruptelae indefessum exterminatorem: ac latii eloquii industrium recuperatorem: In uniuersum hanc patriam illa omnium rerum opifex opulentauit: ut in ea non solum miremur ingenioꝝ foecunditatem sed omnium frugum bonitatem & exuberantiã. Memini me iuuenilibus annis Eugenio Pont. Maxi. Vniuersam pene Italiam peragrasse. Deinde Pio. ii. Romano Pont. Perusinã & Gallicam legationes obiisse: In quibus multorum hominum urbes & mores quom uiderim nulla me (ut sine assentatione loquar) aeque oblectauit ac Verona nostra urbium omniũ ornatissima: Nec iniuria quidem. nam si eam ex omni parte diligenter inspicimus: si situs iucunditatẽ si regionis apricitatẽ: Si coeli claementiam contemplemur: quid eo amoenius? Quid delectabilius?
Arcestres in urbe. quid suauius? insurgunt uisu pulcherrimae geminae in collibus arces: in urbis medio tertia subsidet Ciuiũ munitissima defensacula: Intersecat illam nõ mo-
Athesis fluuius. do fluuioꝝ omniũ amoenissimus Athesis: sed multaꝝ merciũ subuectura cõmodissimus: Cuius impetuosas undas lapideo Testudinatoq; fornice pontes quattuor iungunt urbis uicos. Stant ad uetustatis testimonium triumphales
Amphitheatrũ. arcus & Amphitheatrum: & plura aedificiorum monumenta multis saeculis collabefactata: Romanisq; inscriptionibus ornata. Praetereo recentiores urbicasq; priuatoꝝ aedes: ac plurimoꝝ diuoꝝ magnifica & excultissima templa.
Agri Veronensis laudes. Quid praeterea in agro Veronensi utensile non modo non nascat: sed etiã nõ egregiũ fit: Si collinam eius plagã spectes in ea oliui uini pomorũq; & bonitatem & fertilitatẽ facile inuenies quod alibi raꝝ est Si planiciem perquiras triticia fabalia & alia id genus leguminã pastoriciã rei pecuariẽ utilitatẽ ibubulam lactis & ouillam mollissimoꝝ uellerũ praestantiã copiãq; nõ desideres. si montanã scrutabere: sunt in montiũ superciliis adiumento diuersoꝝ coloꝝ lapidicinae fodinae Ferrariae lignoꝝ caeduae syluae Tum ad rem ignariã Tum ad omnẽ aedificioꝝ materiã: Quid referam cadentes undiq; riuulos? Quid
Benacus Lacus torrentes & flumina? Quid inter omnes lacus celebratissimũ Benacũ? Qui praeter circunstantia media quoq; hyeme florentia uireta ac munitissima ca-

ſtella:Delicatioꝝ ad oēm Ganeā piſcium eſt cōceptaculum: in quo ſingularis toto iā orbe notiſſimus undiq; ad palatū expetitus carpio eſt:Eſt deniq; Vero/nenſis ager nō modo ad omnē frugū annonā uberrimus. Sed ad oīa aucupii| expiſcatiōis|& uenatus oblectamēta uoluptuoſiſſimus.CHRI.Sed cuinā hæc externo de agro nr̄o facile pſuadeamus.HER.Res ipſa in cōfeſſo eſt:CHRI. Hæc quopiā alio narrāte apud alienigenas creditu difficilia uidenť.At te Hermolae referente:cuius auctoritati fidei pondus ineſt:audiētes plane tuo| acquieſcent teſtimonio:HER.Teſtor deum īmortalē nullo me nimiæ charitatis in Veronēſes meos affectu cōmoueri.Verum ſolida ueritate īniti.CHR.Sic eſt. HER.Sed credimus Pantheū adhuc ad Alcardū pueniſſe.CHR.Si nōdum puenit haud longe(ut opinor)abeſt:ILLE.Hic quoad ueniāt ambos morabimur:PAN.Heus Coloni.Eſt ne hic ille omniū medicoꝝ pitiſſimus Alcardus? AL.Ceſſo foras aſpicere| Quis me tā honorificis uerbis īquirit:hic ſum:quis me uult:PAN.Ego ſaluus ſis uiroꝝ pſtantiſſime omniū.AL.Et tu quoq; ſaluus ſis adoleſcētiū omniū optime.qd tu inſolēs ad me in hūc receſſum:Quā tū ex habitudine tua integra cōſpicor|nō ope indiges medica:PAN.Nō indigeo.ueꝝ uenio ut te ad Hermolaū antiſtitē|qui te apud caldariū uicū pſtolať adducā.AL.Hem apud caldarianos fontes ē Hermolaus:Aliquo ne obſecro male torqueť morbo:PAN.Nullo inq̄:at uoluptatis gratia illuc diuertit.AL. Magno me liberaſti metu.ſed q̄ diu ibidē eſt.PAN.Heri uenimus ut audiuit te nō longe abeſſe:ad te acceſſendū me ire iuſſit.quom te plurimi faciat Hermolaus|& diligat:tum quia heri te miꝝ in modū deſiderauit.AL.Cur:PAN. Ab eo audies:AL. Tecū ego poſthabitis oībus ad eū accelero.heus pueri gradariū equm adducite. Properandū mihi eſt ad Hermolaū uiꝝ de nobis multis ante ānis optime meritū:PAN.Eſt ſane Alcarde tibi q̄ nitidū|q; cādidiſſimū iumentū.AL.Et mihi|& amicoꝝ uſui eſt:PAN.Omnia illi inſunt|Quę æquabiliter ad regulā in formoſo equo deſiderari ſolent:caput argutū|nigricātes oculi|nares aptæ|breues auriculæ|ceruix mollis|denſæ in dextrū armū pfuſæ iubæ|latū|& toroſum pectus|uenter ſubſtrictus|rotundę clunes|& caua maxime per lūbos ſpina.AL.Propterea mihi in delitiis eſt.PAN.Sed q̄ idoneus eſt ad mollē uectationē:AL.Nullus magis eo idoneus.oēs aſturcones| tolutarioſq; leni inceſſu facile uincit:ut nec quietius lecticaria geſtatione quis uectari poſſit:ſed quid ſubrides:PAN. Dicam.profecto mihi medici|& ſacri antiſtites ſapere uidentur.qui in euitandis uitæ incōmodis eodem annituntur ſtudio:AL.Cur ita:PAN. Minime aptos ad geſtationem ſuam ſternaces| ſuccuſſarioſq; quadrupedes arbitrantur.AL.Minime inq̄:ſed omni diligentia elaboramus eos nobis eſſe|Quibus non uulgaris gradus.ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio placidam ueluti in lectica ad hominum ſalutem præſtāt uectationem.at qui ſolo inſultant|ſpirantq; e naribus ignem|& ſaltim calcibus

Carpio piſcis.

aera feriunt:ad desultorios / Martialesq; uiros / & belligeros heroas faciunt: PAN. Recte iudicas:eundũ est.AL.Eamus.uos pueri sequimini. Interea nos hanc sedentariam itineris defatigationem lepida sermonis iucunditate leuigabimus:PAN.Sic uia minus lædet euntes:AL. Quantum conspicor & effigie / & uernaculæ linguæ concinitate ex nostris uideris. PAN. Sum etenim. AL.Quod tibi nomen?PAN.Pantheus.AL.Vnde hęc noua nomenclatura? PAN. De industria:omnium enim cælicolum ædis Veronæ æditimus sum: hinc nomen ex graia nuncupatione forte datum est. AL. Calles litteras græcas?PAN.Non calleo.uerum in dies elaboro/ut græca eruditione proficiam? AL.Dic:ex aulicis Hermolai es?PAN. Sum ex familiaribus unus a secretis: eius dictata ãnotatõi demando:succisiuas horas/ille audiẽdo:ego uero anagnostes legendo pariter consumimus:qua exercitatione fit:ut quicquid in me doctrinæ est/ex illius uberrimo fonte affatim exhauserim.AL. Oratoriã hac intentione tantum excolitis:PANT. Oratoriam?Oratoriam uero potissimum. sed omnimodæ doctrinarum facultati ocium studiose impartimur:nũc gemmatas rhetorum elocutiones modo delectabiles annalium narrationes explicamus.interdum admiscemus/& poetices flosculos.Licet hoc rarius.AL. Accuratam Hermolai ab incunabulis in liberalibus studiis diligentiam nõ ignaro canis.Repeto enim a teneris(ut aiunt)unguiculis cum illo mutuam beniuolentiam sub Guarino ciue nostro bonarum litterarum parente.Quã propter / q̃ ingeniose / q̃ faciliter Hermolaus adolescens in utraq; lingua iam tum proficiebat:ut tenello æuo/& poeticen/ & oratoriam supra ætatis uires breui percalluerit:Quem crescentibus annis eius auunculus Franciscus Barbarus/ suæ tempestatis omnium litteratorum latinissimus limata eruditione conformauit/expoliuitq;:ut extra omnem iudicii aleam Hermolaus esset. Verum post adeptos pontificios honores ætate eius iam ingrauescente profanis ethnicorum lectionibus abrenunciasse arbitrabar:PAN. Non adeo ab illis se penitus abdicauit:haud quaquam non nullorum nimium rigidam imitatus seueritudinem / Quin eis interdum suum condonat ocium : sibiq; inter talia legenda diuum Augustinum in Academicis licet sub alterius persona patronum parat/atq; defensorem:Qui Ciceronem suum / sapientemq; appellat:& ab ipso in lingua latina philosophiam incohatam esse/& perfectam nulla hæsitatione fatetur:Tum in confessionibus suis ne utiq̃ personatum eos ex professo damnantem/Qui linguam Ciceronis mirantur/pectus non ita:quinimo q; affectum mutauerit ipse:Quod ad deum preces/& uota cõuerterit:Quod desideria eadem non habuerit:q; ei omnis uana spes euiluerit:q; immortalitatem sapientię quæsiuerit æstũ cordis incredibili.Postremo q; surgere iam cœperit:ut ad deum reuerteret.Cuncta hæc Ciceronis munus fatetur.uniq; prorsus illius libro/qui uocatur Hortensius / omnẽ suæ salutis occasionem rettulit

Hermolai epi Veroñ.laudes.

Frãciscus Barbarus

Legendos esse gentiles auctores

acceptam: non enim ad acuendam linguam liber inquit ille offerebatur, nec locutionem mihi. sed quod loquebatur persuaserat: Ad eundem modū Hermolaus eos somniculosos appellat: Qui somnium ægroti Hieronymi uapulantis ad tribunal obiectant: nec illud saltem cogitantes illum ipsum Hieronymum. Quom post repetitam deinde statim Ciceronis lectionem periurus a Rufino argueretur: etiam grauissime conqueri: q sibi ab illo suamet somnia obiicerentur. AL. Non reiiciendis tantorum uirorum innititur Hermolaus auctoritatibus. Quæ hactenus ignoratas a me fateor: sed nusquam animo excident. PAN. Scias uelim, omnia Hermolaum pensato examine trutinari: Præter gentiles scriptores indefesse tamē Pontificios sanctorum patrum canones: ac Cæsareas sanctiones alternis euoluimus: Theologicas, & Dei, & cœli contemplationes animo, librisq; uersamus. Nunquam Hieronymi, Ambrosii, Augustini, Gregorii paginæ e manibus nostris excidunt: Vt nulla nobis sine linea eat dies: In Hermolai conuiuiis solum lectoris acroama auditur. Nusquam enim apud eum sine lectione prandetur, cœnatur ue: ut conuiuarum uentrem, & animum pariter oblectet. AL. Hæc quoq; Hermolai in hagiographis continua meditatio non discrepans est ab ea (cui ut memini) in Academia Patauina multo sudore noctes atq; dies assiduus nauauit. PAN. Quom adhuc aliquod itineris interstitium supersit. Posteaquā in id Sermonis deuenimus, non conticescam in reliqua eius uita raras in paucis uiris dotes. Quā sit humanus, facilis, affabilis, cuius comitas sit non sine seueritate, neq; grauitas sine facilitate: Vt amici, & commendatæ oues talem pastorem pariter uereantur, & ament: Quid extollam supra gregem dominicum specularoriam uigilantiam? Vt merito episcopi nomen sibi uendicet: Quid misericordiam in calamitosos? Quid largitionem in egenos? Quid subsidium in oppressos? Quid iustitiam in bonos? Quid seueritatem in malos? Iniuriarum immemor est. Omnibus beneficiis, de se etiam male merentibus in deficiens elargitor, euangelici dogmatis non obliuiosus lector: Quid morem in domesticos humanitatem, familiaritatemq; uel (ut uerius dicam) pietatem? Qua omnes ut filios admonet, instruit, corrigit, fouet, atq; amplectitur? Quid referam moderatam frugalitatem in domestica supellectile: in quotidiano conuictu, ut quom maior redditūum facta esset accessio: Ex quo a Taruisina ad Veronensem ecclesiam euectus fuit, nihil circa cultum mutauerit, nihil de uitæ moribus, tantaq; est usus moderatione: ut nihil fluentius uixerit, q̄ instituerat. parīq; uestigio steterit etiam maiorem fortunam secutus: Nulla ei uestium mollicies, nulla argenti, auriq; anaglypha uasa: nisi quæ pontificiæ dignitatis existimationi, aut sacrorum dignitati cōueniunt. Nulla gemmata equorum fræna, aut ephippia ostro collucentia: Cu

ſus menſa nullas ornithonis popinales delicias / nullas fluuiatilis / marinæq; Piſcinæ arte paratas ſaginas nullas aliunde magnis pretiis euectas ad ganeam dapes nouit ¡ Solæ enim corrales aues / & uernacula edulia repullulantem quotidianæ famis neceſſitatem pariter ſedant : Cœnamq; crebrius ex Oporothecis nucum / & Pomorum ex prompta bellaria / quam ex æois plagis ebofio liquore condita Tragemata cludunt : Quid munificam liberalitatem extollam ? non in ſcuras ridiculoſos / non in ludiones / non in paraſitos uoraces : Sed in familiam nobilioribus parentibus ortam / compoſitis moribus ornatam / & a ſe domi factam.quod eſt ſignum non ſolum continentiæ : ſed etiam diligentiæ : In qua ſunt plures litteris magis : quam

Antonius Beccarias

ulli ſeruitio mancipari : Illam potiſſimum ornat Antonius ille Beccarias Veronenſis omnium eruditorum noſtro æuo æque græce / quam latine facile Princeps. Cuius Bibliotheca / atq; lectio graia eruditione mihi magno uſui eſt : Eum ſi quidem Hermolaus doctorum omnium præſidium : & columen.Sacerdotii honoribus decorauit : non mediocriq; annuo prouentu locupletauit : Non item in cognatos locupletes Hermolaus / non in ambitioſos honores / non in ſaturandam libidinem prodigaliter / Turpiterq; diſſipat : quom ipſe non intemperanter concupiſcat. Sitq; potius elegans / quã Magnificus. Splendidus quam ſumptuoſus : omni diligentia mundiciam / non affluentiam affectat. Verum partem / quæ ex Chriſti peculio ſupereſt / in eius pauperes alendos in famelicam religioſorum mediam releuandam / in nubiles puellas patrimonio indigas honeſtis maritis copulandas pie / decenterq; diſpenſat. ALEARDVS. Pium / ſanctum / & rarum in hoc æuo mihi Pontificem narras. PANTHEVS. Teſtis eſt patria noſtra / quot ciues ob pudorem fame quandoq; laborantes ſecretis muneribus ſuſtentat. ALEARDVS. Et hæc a noſtris audiui. PANTHEVS. Vis dicam. Quam Hermolaus arbitratur Deo gratiorem elemoſynam ? ALEARDVS.Quam ? PANTHEVS. Sumptus quos in opere faciundo erogat. ALEARDVS.Cur ita ? PANTHEVS. Vna actione duplex coronarium ſe reportaturum prædicat : Primum / q; redditus ſuos (ut decet) in pios uſus rite diſtribuit : proximum / q; operarios deſidia marcentes in ſudore uultus eorum Panibus ueſci exercendo cogit : ALEARDVS. Perquam Chriſtianiſſima Hermolai ſententia hæc eſt ? Sed dic quandoquidem ego a Patria multos annos abfui / inceptas illas pontificiæ curiæ moles ad huc ne abſoluit ? PANTHEVS.Geminæ in Vrbe extremas architectorum manus expectant ? Tertia Itidem prætoria / hinc ad Sextumdecimum Lapidem in Monfortis pago : cui ditio pontificalis utroq; ſceptro imperat. ALEAR

DVS. O bone Deus: Repeto / quom Puer essem / illas uidisse prolapsationi/bus labefactatas / latebris caecas / situq; sordido squallentes: Vt uespertilio/num cauernosa habitacula crederes. PANTHEVS. At nunc erectae / illu/stratae / & multa Hermolai impensa / atq; ingenio elaboratae in oculis omni/um collucent: Quae aduenientem quemcunq; nobilissimum hospitem ho/norificentissime suscipiant. In his tamen ad luxum non expolitae Transflu/centium exteriorum marmorum in crustationes / & politurae conspiciun/tur: Non uiridantes Ophitae / non sanguineis guttis Porphyrites / non liby/ca / non Phrygia repercussa Luce oculos hebetant metalla: Sed ex uariis Veronensis montani agri Lapidicinis / Rubris / Candidis / Nigris / & ful/uis maculis nitentia saxa pro structurae modulo omnem fabricam decen/ter exornant. ALEARDVS. Qualia sunt aedium diuersoria? PANTHE/VS. Dicam equidem. Memor Hermolaus priscorum Patrum sanctioni/bus non substructiones operum insanas posuit: Non est lepidi admiran/dam Regiam imitatus: Non magnificam Pauli Basilicam: Non auream Ne/ronis cum Cadentium / Orientiumq; syderum coenatione: Non. M. Scauri triplicem scoenam / Non Magni Pomp. Quadrato lapide Amphitheatrum: Non Daedaleas itinerum ambages: nec Labyrinthi occursus / Recursusq; inexplicabiles aemulatus est: Sed Lateritio pariete Vestibula / Atria / interol/lunaribus interstitiis peristylla / Cauaedium / pergulas / Cubicula dormito/ria / Sacella pro re diuina / bibliothecas / Coenacula / Triclinia / Culinas / Apothecas / Penarium / Horrea / Promptuarium / Praesepia testudinata / Tor cularia / Trapeta / & coetera id genus / loca / & Ruri opportuna / & urbe accurate fabricatus est / quae usui magis hominum quam uoluptati / de/liciisq; esse possunt. ALEARDVS. Praesul hic dignus: quem Patriae no/strae / Christianaeq; Relligioni Deus aeternum seruet: Heus Panthee hac dulci confabulatione Caldarium peruenimus incauti: & eccum in specu/la Hermolaum Pontificum decus / atque doctorum uirorum singulare praesidium: Quem unum praeter omnes obseruo / atque ueneror. PAN/THEVS. Per quam agilis Alearde ex equo in pedes dissilisti. Heus pu/eri stabularii iumenta haec ad equilia adducite: sudorem / & frontem cu/riose extricate: frenos detrahite: in gradum Lenem sensim prouehite: quoad lassitudinis incommodum / alui solitum / ac naturale praesidium eliquauerint: Dein ientaculum hordeum / Herbidumque large apponite: ALEARDVS Panthee ad Hermolaum ascendamus. PANTHEVS. Sed eccum illum ad extrema scalarum limina tibi obuiū: ALEARDVS. Hem qualis in tāto Pontifice bonitas / atq; humanitas. HERMOLAVS. Gaudeo

Alearde te multos iam annos non uisum, nunc reducem, & incolumem cer/nere: non immemor priscæ inter nos mutuæ: florentibus annis beniuolen/tiæ. ALEARDVS. Lætor & ego inexplebiliter tuis sacris manibus oscula figere, magnaq; pertentant gaudia mentem: Quom me a tanto Domino ne dum diligi: Verum etiam unice amari sentiam. HERMOLAVS. Te multis rationibus inter beniuolos meos præcipuum excolo. ALEARDVs Gratias ago. HERMOLAVS. Sub hac porticu coronario hederacei ui/roris opere conuestita tuæ uectationis defatigationem recreemus. ALEAR DVS. Libenter hoc faciam: & te postquam sedimus Requietius audiam. Dic Hermolae. HERMOLAVS. Priusquam Panthee Aleardo aperiam: cur eum huc accersiuimus, uelim dum memini: mihi enarres, quæ fuit su/perioribus diebus inter te, & Beccariam nostrum quæstiuncula de Plinio/rum patria, disceptationis initio affueram: at uocatus ad seueriores offi/cii pastoralis occupationes: quo fine quæstionem diremistis ignoro: inter/rogatus nanq; de hac re a Bandis nuper dum te & Aleardum moramur, quid certi responderem non habui. PANTHEVS. Adhuc causa in quæ/stione est. ALEARDVS. Est ne fortassis dubitatio de Pliniorum patriaˀ HERMOLAVS. Est. ALEARDVS. Quis tam uæcors est, Qui nesciat Plinios Veronenses: quis nobis hunc nodum in læuissimo Scirpo mouetˀ Quis rem liquidam obturbat: patriæq; nostræ tantorum uirorum glo/riam inuidet. HERMOLAVS: Plures hoc æuo sunt, qui nullo liuore: ut aiunt, adducti. At pro ueritate stantes non Veronam, sed Comum pa/triam esse Pliniis ambobus grauium auctorum innixi testimoniis autu/mant. ALEARDVS. Hoc nusquam audiueram. PANTHEVS. Vt res se habeat ordine Pandam. HERMOLAVS. Pande Panthee: PANTHE/VS. Non nullis ante diebus Plinianus Codex non uulgaribus graphia/rii stili lituris exaratus, sed insueta imprimendi arte insigni litterarum charactere conscriptis in Hermolai cœnationem supra epulis allatus est: Accurrunt omnes nouæ rei uisendæ studio, curiosior ego oculos ad in/scriptionis titulum coniicio. Plinium Nouocomensem lego: Primum im/pressorum erratum arbitratus sum: Eosq; lapsantibus uerbis damno. Bec/carias præceptor audaciunculam meam arguit: eo magis animo commo/ueor. ille non errasse quicquam scriptores defendit. Hinc altercationis ini/tium. ALEARDVS. Admiror Beccariam, cur non magis patriæ Partes ageret, q̄ exterorum. PANTHEVS. Hoc ab eo factum puto: mei, ut sæ/pius assolet, excitandi ingenii gratia. HERMOLAVS. Sic est. ALE/ARDVS. Attamen non debuerat in gentiliciæ gloriæ periclitationem: sed quod erat illi hac causa argumentumˀ PANTHEVS. Dicam grauissimos

Disputa/tio de Pli/niorꝫ patria

auctores in medium afferebat in uirorum illustrium uitis potissimum Tranquillum: in chronicis Caesariēsem Eusebium: in apologetico Tertulianum. AL. Q uid illi? PANT. Liquide Plinium seniorem Noui Comi municipem fatentur. HERMO. Sinis Panthee hanc causam sine tutore perire? PANTH. Minime uerum eos in ualli fronte obiecit antesignanos Beccarias: ad quos prosternendos ualidis procerum ictibus opus erit. ALEAR. Esto pro patria animo imperterito. PANTH. Sum plus satis. HERMO. Q uid respondes Panthee auctoribus tuas plagas expectantibus? PANT. Laboriosum est mihi Tyrunculo his ueteranis occurrere. satis mihi erit: si illorum uim exiuero: Tamē quae mea fuerit defensio ad Beccariae obiecta renarrabo. AL. Hoc sūmo uoto arrectis auribus expecto. PAN. Nō inficior auctores eos magni pōderis inter doctos & haberi & esse: ea tū conditione ueluti caeteri hoīes falli posse arbitremur. HER. Nō arbitror ego Hieronymū in Caesariēsis trāslatiōe temere deceptū qui q̄ accuratissimus in scribēdo fuerit nemo est qui ignoret. Pliniū enī nō ab re potius nouocomensem q̄ Veronensem appellauit: PAN. Q uid si mōstrauero in aliis quoq; auctoribus patriae nomē alternasse Hieronymū? HER. Nō facile mihi persuadeas. PAN. At spero breui te persuasum reddam. Recenset historia Eusebiana Enniū poetam tarentum natale solū habuisse: alioquin Silius & Mella illum rudiis ortū enarrat. Persiū praeterea uolaterranis ciuibus. ascribit: quom ipse seipsum ligurem attestetur. HER. Admiror haec errata in Hieronymo omniū scribentiū diligentissimo. PAN. Fuit inq̄ accuratissimus. Verum ei uenia danda est: tum quia in transferendo auctori Eusebio fidem seruauit: tum quia grauioribus studiis officiisq; districtus: eam interpretationem notario ut ipse asserit: tumultuarie dictauit. HER. De Hieronymo recte iudicas. At credimus Eusebium tam crassa halucinatione deceptum? PAN. Facile eius errori manū praebuit quidam Samonicus serenus: quem secuti Eusebius & Macrobius in cimericas tenebras re non altius excussa prolapsi sunt. HER. Non putas & Serenum quoppiā argumento mutatū fuisse. Q uo tam obnixe Plinium nouocomensem affirmaret? Non credendum hominem historicum adeo temere uacillasse. PAN. Dicā uacillationis causam. HER. Ausculto. AL. Rem nimium ad unguinum praesegmina rimaris Hermolae. PAN Q uiesce Alearde. auferam totius ambiguitatis nodos duorum aequiuocatio Pliniorum tanti erroris nubeculam commouit. In confesso est Plinium iuniorem multi nominis suo aeuo uirum: Comū sibi patriam epistolis scripsisse: amplumq; ibi exuberansq; habuisse patrimonium: quae res non nullos minus rem accurate pensitantes fefellit. Vt quod erat iunioris seniori attribuerint. Et Veronae peruetustae patriae Plinium ciuem inuidere uisi sint. HERMO. Tua hac ratione animum concutis. PAN. Addam quae tibi prorsus mentem confirment. ALE. Addas quaeso. HER. Q uam pronior in partes tuas inclinaris Alearde.

PAN.Mihi nãq; rẽ hãc frigide cõsideranti uellit aurẽ Catãnus cõmunior stu/dioꝝ particeps experrexitq;: Vt Cęsariensem subtiliori examine:ac magis pen siculate trutinarer. Qui ĩ chronicis suis de iuniore Plinio:non aũt seniore uer ba faciat. Ideoq; nouo comensem Plinium Secũdum dixit AL. Perbelle erit si quos aduersarios tibi proceres arbitrabant̃ in tuas militaturos alas deduxeris PAN: Audias quæso:eodem Cæsariense auctore Tito imperãte olympiade du centesima decima quarta ex Vesuuio monte igniũ depopulationẽ fuisse:nulli ambiguum. HER. Nulli. PAN. Ex iunioris Plinii luculenta ad Marcũ epl'a in cõfesso est : auunculum eius Vesuuiano illo periisse incendio:quo ergo fieri potest modo:quom Cæsariensis idem olympiade ducentesima uigesima secun da Traiani Imperio anno eius duodecimo scribat Plinium secundum Nouo/comensem:oratorem:& Historicum fuisse:extareq; plurima eius ingenii ope/ra. Vt de seniore dictum putemus:si annis iam antea triginta ad Vesuium pe rierat? De Iuniore igitur ab eo scriptum manifestum est:qui Neruæ Traianiq; temporibus doctrina rerum opulentia functisq; honorifice magistratibus flo/ruit: AL. Rem adeo apertam monstras. Vt cuiq; liquidissima sit.nisi sit ille Ver uecum in patria natus. HER. Mihi alia suborit̃ dubitatio. Quã enuclees ue/lim. PAN. Quæ? HER. Scribit Cæsariensis Pliniũ Secundum Oratorem: & historicum. Hęc magis seniori: q̃ iuniori conueniunt:quom ille ex indubitata Secũdoꝝ familia fuerit. Hic uero iunior ex illius sorore fili⁹. Illeq; sũmus ora tor:sũmusq; historicus fuerit. PAN. Hæc quoq; omnia in iuniore fuisse mon/strabo. HER. Hoc desidero. PAN. Præter ualidissimum illud argumẽtum:q; iunior fuerit senioris adoptionis iure filius. Vt ipse epistola ad Capitonẽ testa tur: Quo merito ex Secũdoꝝ familia dici potuit addã quid ipse de se in epi/stolis scribat:quibus se Secundũ nominat. Altera.n.ad Voconiũ Romanũ in/troducit Regulum sic se appellantem. Quæro inquit: Secunde qd de Mode/sto sentias? Altera ad Gallum edocet Corelium sibi amicissimũ apud Neruã imperatorem parcius secundum Plinium uidelicet iuniorem laudasse: quod paulo post eadẽ epistola signãtius declarat: Vbi Corelia prædicare solita erat Corelium patrem suum in lõgiore uita inter multos amicos præcipuos tamẽ sibi parasse Secundũ: & Cornutum: HER. Si cætera (ut hoc) dilues obiecta: tibi acquiescam. PAN. Nullam ęruginis linguam notulam. HER. Restat ut eum summũ oratorem demõstres. PAN. Quis enim Plinii iunioris æuo sæ/pius:uehementius:atq; luculentius eo causas egit? Quod quom plurimis ipse testetur epistolis: Contenti erimus illa ad Suetonium: Qua edocet se ado/lescentulum egregiam Iunii pastoris actionem suscepisse:susceptamq; defen/disse. Alia item ad Capitonem qua fatetur se undeuigesimo ætatis anno dice/re in foro cepisse. Talibus enim iuuentutis indiciis. Quid in matura ætate ab eo factitatum orando putemus? Præter hunc oratorium laborẽ.siquis eius

diligenter euoluerit scripta: facillime intelliget illum & historias: & carmina scriptitasse. quæ cum cõmuni aliorum ueterũ scriptorum iactura periisse arbitrandum est. HER. Tuis his attestationibus plurimum mihi satis facis. AL. Recte nobiscum agitur Panthee: Cæsariensem enim procerum ualidissimum ad tua castra transfugam fecisti. HER. Vehementer admiror Beccariam nostrum: exterosq; aduersæ factionis defensores tam profunde in utranq; aurem consopitos dormitasse. Hęcq; curiosius non pensitasse. PAN. Magis admirabere: si crassiorem illoꝝ Mineruã ostendero. AL. Recte illud uulgatum. quãto iuniores: tanto perspicaciores. PAN. Attendite quæ est altera illoꝝ ueternosa ignoratio: qui plurimis & apertissimis argumentis coarguũtur. Plinium ad. xii. Traiani imperii annum minime superuixisse quom ipse imprimis a Vergilii interitu ad se cõmentantem nonaginta tantũ annos intercurrisse describat: quæ æui supputatio uix in Vespasiani tempora incidit: nedum Traiani ad quem a Maronis exitu anni centum &. xxxviii. interfluxerunt. HER. Tot annoꝝ circulis interpositis non potuit senior Plinius ad Traianum peruenire. PAN. Recensebo & alia: quæ te magis confirmabunt. Vidit sane Plinius (ut ipse testatur) Lolliam Paulinam Caii principis matronam smaragdis margaritisq; opertam. Vidit Claudium Caium: & Tiberium imperatores. Vidit: & indigne tulit Drusilanum Rotundum seruum quinquagenariã lancem possidere: Vidit urbem bis totam cingi domibus principum Caii & Neronis. & huius quidem (ne quid deesset) aurea: Vidit Tiberio principe prodigiosam hominis imolationem sublatam. Quo igitur pacto potuit ad. xii. annum Traiani perdurare: præsertim quom natum eũ annũ sextũ & quinquagesimũ constet decessisse (Est & in promptu Fabii Quintiliani testimonium: qui imperante Domitiano oratorias institutiones scribens Pliniũ iam defunctũ indicat.) HER. Perspicax tua hęc approbatio. AL. Immo uerissima. HER. Panthee alter insurgit cõtra te acer primipilaris Tertulianus. PAN. At illum pro me iam stare uidebis. atq; in acie meas tuebitur partes. quid enim mouet ille: quod ad meã nõ faciat defensionem? Nusq̃ Plinium ille memorat Nouocomensem: Traianiq; imperio floruisse tradit: Hæc omnia ad iunioris Plinii insinuationẽ planissime faciunt. HER. Illum ait prouinciam rexisse. Christianosq; supplicio in magistratu affecisse: quod seniori cõgruit. Qui messinensi pręfuit classi. PAN: Non eo inficias illum classi præfuisse: sed classis præfecto quæ in christianos animaduertendi potestas? Hoc magis iuniori consonũ arbitror: Qui tribunatũ & amplos magistratus sub imperatoribus gessit. Demũq; omnium honoꝝ supremũ consulatum honorificentissime sub Traiano administrauit. In cuius rei testimoniũ adhuc extat Panægyricus elegans: copiosus: argutus: uenustus: atq; eloquentissimus: in habenda imperatori de consulatu gratia. Ante igitur Traiani tẽpora præmortuo auũculo seniore Plinio

ut memorauimus: Tertulianus suis in cōmentariis iuniorem: non aūt seniorē indicauit: quom potissimū sub Traiano illa fuerit in christianos cruenta persecutio. Hæc eadem astipulatur Orosius de Traiano & Plinio sic scribens. In psequendis christianis errore deceptus Traianus tertius a Nerone: quom passim repertos cogi ad sacrificandū idolis: ac detrectantes interfici præcepisset. plurimiq; interficerentur. Plinii secundi: qui inter cæteros iudices datus erat: relatu admonitus eos homines præter confessionē Christi: honestaq; conuenticula nil cōtrariū Romanis legibus facere. fiducia sane innocentis confessionis mortē grauem: & formidolosam uideri: rescriptis dico leuioribus tēperauit edictum. HER. Alteꝝ in sinistro cornu acerrimū tibi fecisti: ut uideo: propugnatorē: sine hæsitatione pro te meret Tertulianus. ALE. Eia Panthee uincimus. HER. Adhuc restat heroum ualidissimus omniū Suetonius superandus. Qui liquido Plinium seniorem nouocomensem autumat. Non illum in tuum uallum facile pellicias. PAN. Si non pellexero: saltem a suis infractum abire coegero. Aduersariorum duo pro me dixere testes. Tertio commentitio fides merito abrogatur. is enim mentitis armis præmunitus uelut alter Patroclus ab Hectore facillime superabitur. Laruatam quando superinduit personam detectus: aut cedet: aut in fugam se pedibus proripiet. HER. Negas igiť Suetonii testimonium? PAN. Non nego inq̄ Suetonium. sed illud non esse Suetonii: aperta fronte nego. HER. Vide Panthee ne tibi nimium confidas. PAN. Quæso qui eo innituntur: in mediū afferant. si uirorum illustrium ex Suetonio scriptum habeant librum: in hanc usq; ætatem quis illum ex doctis uiderit: Legeritq; inueni neminem. supposita tñ ac Plinianis codicibus perpetam apposita iactant uerba. HER. Me in hac re titubare cogis. mihi nāq; qui tot italicas: barbarorūq; bibliothecas euolui. Non succurrit. Præter. xii. Cæsarum opus: grāmaticoꝝ oratorūq; libellum: quicq̄ ex eo amplius scriptum uidisse. sed quid Panthee: si aliquando in lucē prodierit Suetonius? PAN. Interea liquidā mihi non turbauerim causam. HER. Esto prodiit. quid tu? PAN. Nec tum deerit defensio. HER. Quę? PAN. Putauerim ego a Suetonio non scriptū nouocomensem. sed a recentioribus additū: Vt pleraq; multa: quæ tū perniciosa imperitoꝝ ruditate: Tum iniqua nōnulloꝝ malignitate expuncta uerę lectionis structura peruersa constant: aut si scripserit. hoc ex patriæ Iunioris æquiuocatione. Qui cū interna fuerit consuetudo: uel in ipsius gratiā conscriptū crediderim. HER. Hac tua coniectura tibi nimiū applaudis Panthee: magis placet quod de fictitio testimonio attulisti. AL. Non uereor si adesset Beccarias: quin īmutatus ad tua uexilla transfugeret. PAN. Etsi non his prorsus īmutatus esset: addo his asseuerationibus. Quod illum in melius sententiā uertere cōpulisset. AL. Quod Panthee? PAN. Plinio magis de se ipso: q̄ aliis de eo scribentibus assentiendū esse. AL. Vtiq;. PAN. Ille etenim in prę

fatione de naturali historia liquido confessus est: se Veronæ indubitatũ muni
cipem. Quom dixerit, ut obiicere moliar Catullum conterraneum meũ. AL.
Quid hoc argumento ad tuã defensionẽ ualidius? Quibus poteras id ratio/
nibus refellere? PAN. Nitebatur tamen Beccarias defendere nõ ideo Plinium
cognominari Veronensem. AL. Cur? PAN. Asserebat enim conterraneũ non
unius ciuem urbis dici: sed unius regionis prope incolam haberi? AL. Quid
tu? PAN. Ego uero ex Ptolomæo in terrarũ dimensione ostenderam Comum
in Insubrium ad septentrionem finibus: at Veronam in Venetia inter se supra
mille: & centum stadiis distantibus diuersa regione collocatas. Quod item ex
Plinii Geographia planissime liquet. Qui Comum in decima Italiæ regione:
Veronam uero in Venetia ad Istriam dispalatis capitibus seclusit: AL. Quid
tum Beccarias? num his cedebat rationibus? PAN. Minime, ac ueluti Hercu
lea Hydra recisa ceruice una: plures exerebat: Contendens Comũ Veronamq;
in ampla tanquã unica Transpadanæ Galliæ prouinciæ quasi parua interca/
pedine iunctas asserebat: in quem hęc mea fuit defensio. Hoc nomen Conter/
raneum non tam latæ significationis haberi: quod si esset: quom terra præter
duo alia significata teste Varrone totum elementũ dicatur. Qui sunt ad ex/
tremã Thylen: aut ad eoum solis caput nobis ergo Conterranei sunt: quod mi/
nime fatendum est. Sed ex diuerso demonstrabam: strictioris significati esse
Conterranei uocabulum. Quando quidem teste eodem Varrone a terra terri/
torium deducatur. Quod ex Pomponii sententia appellatur agrorũ uniuer/
sitas intra cuiusq; ciuitatis fines sic dictum: q; magistratus eius loci intra hos
fines terreundi habet ius. Ex territorio igit̃ nerius: & signantius Conterraneus
inflectitur: q̃ ab uniuerso terræ elemento. Conterraneusq; is hẽatur: Qui eius/
dem territorii sub uno magistratu ciuis est: sicuti Cõmilitones appellant̃. Qui
in eodem exercitu sub uno imperatore merent: non in diuerso exercitu: sic &
Condiscipuli: Qui in eodem Gymnasio sub uno præceptore condiscũt. & Cõ
ciues qui in eadẽ ciuitate sub uno Principe: uel in re publica degunt. Ad eun/
dem modũ Conterraneus non ex diuersis & longinquis regionibus: sed ex eo/
dem territorio merito appellatur: Quod Laurentius Valla uir nostro æuo ex/
ploratissimi ingenii: & post illum recentiores sensere. Exemplum de Plinii uer
bis sumentes. Quid inter conterraneum: & conciuem differat. Quãdoqui/
dem Plinius Catullum non conciuem: sed conterraneum suum dixerit. Quia
ex insula agri Veronensis: & non ex ciuitate ortus fuerit: Hac igitur de causa
Plinium Catulli conterraneum Veronensem: non autẽ Nouocomensem dice/
mus? AL. His ne rationibus ueluti Herculaneo labore radicitus extincta nũ
exhaurit illa Beccarię pullulatio? PAN. Proiacuere parũper ꝓstratæ ceruices.
HER. Est sane Panthee defensio tua, nõ leuibus refellenda argumẽtationibus.
PAN. Addam ad exaggerandã causę comprobationẽ ipsam sane uetustatem

Conterra/neus
Comum
Terra
Territo/rium.
Conterra/neus
Cõmilito/nes
Condisci/puli
Conciues

nullo æuo quis longo exoletam:quæ nullius cauillo repudiabatur.Dum Verona nostra suis monumentis stabit:Sunt enim & in ciuitate & in agro supra sex & decem epigrāmata lapideis tabulis grandioribus litterarum notis insculpta: Quæ non minus fœcūdam Secundorum sobolemq̄ præclarissima uirorum ac mulierum eiusdem stirpis nomina sepulchrali inscriptione testantur. Et ne uos longa recitatione tædio afficiam:ex illis digniora recensere curabo. Primum est ad Montorii castrum ab ciuitate Tertio lapide distans his uerbis in marmoreo sepulchro excisum: Videlicet

Secūdoꝝ familia Veroñ.

Læliæ Clementinæ Vxori incomparabili.Q.Furius Secundus Maritus & sibi uiuus fecit.

Q.Furiꝰ Secūdus

HER.Hic ego absentis Beccariæ Partes agam. Secundus enim non familiæ cognomen:sed ordinis denominatio haberi potest: ut Furius Læliæ Maritus: Secundus fuerit:quom alterum prius habuerit. PAN. Nusq̄ hoc lectitatum est apud antiquos signatæ latinitatis obseruatores: Vt primum:& secundum: aut tertium dixerint maritum.Quom apud illos probro dabatur multarum Vxorum Vir unus:sed hanc tibi dubitationem adimam ex tetrasthico eiusdē Sarcophagi:quo lamentabili:ac pio carmine Furius Secundus Læliam bene merentem sic prosequitur.

Epitaphium Læliæ

Functa iaces hic.sed uiuis.uiuesq; secundo
Lælia tuo.debent nec benefacta mori.
Te tellus:sanctosq; precor pro coniuge manes
Vos ite placidi:tu leuis ossa tegas.

HER.Carmina hæc satis opinioni tuæ applaudūt:adhuc tamen aliquid ærugi nis restat quod luculenter abstergas opus est.PAN.Si tam facile reliqua: ut hoc amputauero dubium:Pro me indubitata stabit uictoria:ea enumerabo simplici enunciatione Epigrāmata quæ nullā tibi dubitandi ansam præstiterint:Est in columella ad castrum uillæ Francæ sic scriptum:

L.Aqlius Secūdus

L.Aquilius Secundus.L.Aquilio Charitoni.Et Publiciæ Veneriæ parentibus.
Pient.Libert.Libertab.

HER.Nulla in hoc suboritur dubitatio.PAN.Eiusmodi in pleniorem fidem subnectā tria:quoꝝ primū in media Benaci īsula in hūc modū exculptū legit̄

Secūdus

Eppupa Albiconis.F. Secundus & Albanus Quartio filio pudent.

Alterum ad Benaci ripam in hæc uerba est.

Secunda

Sex.Lætilio Sex.F.Fabio Firmino.VI.Vir.Aug. Lætiliæ:uera:& Secūda fratri piissimo.

Tertium in ciuitate huius modi profertur.

L.Sollius.L.L.Secundo Pap.Ticinensis sibi.Pauloniæ.L.F.Maximæ uxori.

ALE.Præter numeꝝ aliorum Epigrammatū quem enumerasti Panthee.Hæc pauca magno:īmo aperto inditio sūt.Secundoꝝ gentem inter reliquas Vero-

nensiū familias cōnumeratā:q̄ quom eēt Plinii gētilicia.merito igit̄ Veronēsis cēsendus ē:Plini⁹.PAN.Quid dicas:si sepulcrali saxo magnā cognotōis:Secūdoq̄ ptē inscriptā ōndere.Secūdosq̄ ditissimos in agro polyzelano ambrosianū possedisse.ALE.Hoc eēt ultra uictoriā coronariū.PAN. Dū Beccariæ obiecta p uiribus refellere conor rimabūdus in defensionē meā singula uestigo.forte fortuna affuit meæ sollicitudini uirgilius zauarius iure ciuilis studii mihi cōiūctissimus.Qui dū animi grā rusticat̄:ad me q̄ pdixi:secūdoq̄ pgnationē nup a se reptā.ingenioseq̄ enucleatā trāsmittēdā curauit: Ex memorato igr̄ pago in.D.Ambrosii sacello lapideæ tabule quadā uetustatis maiestate uenerandæ exemplar in hæc uerba exaratū legendū ab eo percæpi.

Calpurnia.L.F.Prisca sibi.Et.L.Calpurnio quadrato patri Valeriæ.C.F.Secūdæ matri.L.Calpurnio pudenti fratri.IIIII.Vir.Aug.

HER.Opus ē interpte ad hāc anologiā discutiendā.PAN.Illā uobis ex iunioris Plinii epl'is facilē reddā.AL.Hoc cupimus.PAN.Ex huius inscriptōis certissimo testimonio cōphēdere est.Valeriā secūdā Calpurniæ matrē: de qua in epitaphio:fuisse.C.Plinii secūdi filiā:nuptāq̄:L.Calpurnio quadrato.Quæ quidē res ex binis iunioris Plinii epl'is facillime elicit̄.Quaꝝ altera se Calpurniā in cāpaniā ualitudinis grā secedentē subsequi nō potuisse efflictim cōquerit̄: Altera uero suauissimis Calpurniæ litteris per humanæ respondet:Quæ ambæ si pensiculate legantur.apertissime intelligent lectores Pliniū iuniorem uiꝝ optimum & religiosum ad sanctissimā fœminam:sibiq̄ sanguine coniūctissimā exarasse:fuerat.n.Calpurnia iunioris Plinii consobrina ex ualeria secunda Matertera.HER.Quadrat hæc tua interptatio.PAN.Est in maius ueritatis testimoniū eiusdē Plinii epl'a ad Calpurniū:ut certissime putādū ē:Calpurniæ Patrē:Qua piētissime ōndit quāto ipsius Calpurnii desiderio teneat̄:Extāt & binæ ad quadratū.Epistolæ:una de causis suscipiēdis.Altera de his q̄ fuerint circa libros.quos de Eluidii ultione conscripsit: Eundem autem credimus Calpurnium:& quadratum:quom ipsius Plinii moris sit breuitatis studentis:bino mine in inscriptionibus una:ut plurimū denominatione ānotare.Si enim ad suetonium tranquillum:Tranquillo uel suetonio suo præscribit. Si Voconio Romano:Romanum uel Voconium solummodo salutat.Ex postremo igitur Epigrammate hoc inconfesso est Calpurniam Calpurnii quadrati : & Valeriæ secundæ filiam parentibus:& Calpurnio pudenti fratri pientissimo Epitaphium posuisse.ALE.Nihil hac tua indagatione accuratius sagatiusq̄ excogitari potuit.PAN.Insurgit mihi:& alia accommodissima attestatio. Sunt nanq̄ in eodē agro polyzellano bina epigrāmata Capitonis illius:ut arbitror monumēta:ad quē de historia componēda Plinius iunior amicissime rescribit:Primum est in georgiano cole:qui Ambrosianum despicit in hāc litteraturā exaratum.

L.Octauio.L.F.Staberin.Capitoni.C.Octauius Capito patruus posuit.

Valeria Secūda. Calpurnia. calpurni⁹ quadrat⁹ Capito

Plura sunt de Capitone ibidē monumēta. Sed lōgo situ obliterata nō leguntᷓ: alterū in Sacello Odorici ad castrū Otonis situm rhotari Longobardorū regis nomine constructum:quod in hunc modū legitur.

.Q .Pontio.Q .F.Capitoni Domitia.L.Clara.V.F.

HER.Plurimum hæc sane tuam adiuuant cām.ALE. Non modo adiuuant: Verum Luce Liquidius rem manifestam arguunt.PAN. Satis ne uobis hæc faciunt.HER.Satis inquā.PAN. Sed ne uos diutius morer:extremum illud expromā. Quod de tanto certamine nobis uictoriam præstat.(Id enim nuper in ædicula Diui Blasii repertum est.ALE. Quid est Panthee.PAN.In eo hæc uerba legi est.Plinius Secundus Augur Patri matri Marcellæ testamento fieri iussit.ALE.Quid hic testimonio clarius:num uel solum coget aduersarios herbam dare:PAN. Abrosit uetustas ex lapidea tabula paternum Plinii nomen.HER. Grauis siquidem iactura.ALE. Sed Panthee quibus propulsationibus Beccarias ista refellebat:PANT.Quom disceptabamus non hæc habui Epigrammata.me experrexit:ut hæc diligentissime explorarem.Quæ si audiuisset ille:non uereor in meam sententiam corriuasset.ALE. Quid ni:HER:A in tandem Panthee ambos Plinios Veronenses:PANT.Ex his quæ in medium attuli:affirmare ausim Plinium Seniorem de Pulso totius dubitationis calculo Veronæ nobilissimum ex antiqua Secundorum progenie ciuem extitisse. Iuniorem uero Comum Patriam ut epistolis testatur habuisse: Adoptionis tamen iure:Secundorūq; propagine non prorsus a Veronensi stipite uetusto eximo. Quom in altera epistolarum ad Maximum.qui munus gladiatorum Veronensibus promiserat:Veronenses nostros appellat.in altera ad Falconem inter recensendum ueteres poetas solum Catullum suum. Quodam patriæ amore (ut arbitror) obstrictus denominet:Insuper ad Marcum Militii Aemiliam progeniem collaudans se propemodum Veronensem demonstrat dicens. Habet Militius Sarranam auiam Maternam non procul a me municipio Patauino.Hæc ille.quæ conuicinitas non ex Como.quod a Patauio ad ducenta Miliaria distat. Sed a Conuicina Verona computanda est. HER.Sane hanc tuam sententiam nullis Rugis comprobaturos omnes censeo. Præter eos:qui aut inuidia:aut obstinatione mutare mentem non norint. PAN.Sed ad te Alearde me cōuerto:HER.Et si semp Alearde te exoptatissime osculari:amplecti:ac tua suaui cōsuetudine frui percupio:Tamen externa Luce de te mirumīmodū mihi desideriū fuit.ALE. Quid est ꝙ tantopere me cuperes:HER.Audies.nudiustertius ex prętorio nostro in urbem proficiscebar:hic fuit obuia liberalis Bandarum familia:& constitutum iter multis precibus interrupit:eius siquidem tot fuerunt inuitationes:ut quęcunq; non modo Barbari agnominis:sed ipsas rigidissimas cautes facile flecteret:atq; delinire potuissent:Præsertim me pellexit trium horū fratrum.Christophori Ioan-

Plinius senior Veron.
Plinius iunior Nouocom

nis: & Danielis liberalitas: atq; munificentia: Quorũ humanissima familiaritate semp usus sum: atq; impresentia utor. ALE. Hi sane sunt ciues: qui splendido rerum usu Patriæ ornamento esse non desinunt. HER. Ita est uerum me non pœnituit huius moræ: dispendiiq;: inspexi sane eorum ad largos rerum usus ingenitam promptitudinem. Testes sunt in hoc agro admirandæ structuræ: Duo Isthæc prætoria: quæ non priuatam largitatem: sed Regiã munificentiam præseferunt? ALE. Sunt profecto talia: quæ ne dum agrestibus atq; montanis locis: Verum etiam cuicunq; florentissimæ urbi non mediocre adesset ornamentum. HER. Viden qui sunt Regales apparatus Attalicis uelaminibus non secundi? Non uidisti in conuiuiis geniali uultu largam epularum copiam: omniumq; rerum usus exprompta: diffusamq; redundantiam. ALE: Nihil mihi noui narras. Bandarum Profecto familiam ob innatam liberalitatem de patria benemerentem semper magnifaciendam putaui: impræsentia pluris faciendam existimo. HERM. Quænam huius auctarii gratia? ALE. Abhinc biennium mihi Venetiis (ut nosti) degenti retulerunt uiri maturæ probitatis non inficiendi: ex præclarissima insularum Cypro aduenientes Bandarum progeniem excellentem animi magnitudinem præ se ferentem in illa: ad id nobilitatis: auctoritatisq; fastigium accessisse: ut sibi ternas Patriciorum: ac senatorii ordinis uirorum Venetas familias egregio trium sororũ connubio asciuerit: Iustinianam: Duodam: atq; Triuisanam. HER. Rem non tam inauditam: q̃ gratam narras. ALE. Addidere insuper ex uetusta eorũ domo nobilissimũ unum Comitis Paphii natam Regali sibi matrimonio comparasse: non poterant non mirificis laudibus Carpathios Bandas efferre: extollebant: grandiores diuitiarum cumulos: immensam iugerum fertilitatem: admirandas ædium moles: officiosissimã eorum largitatem. HER. Non discrepat igitur illa Cypria ab hac Veronensi liberalitas: Sed cur terrarum: ac pelagi intercapedine se iuncti diuersas sedes incoluere? ALE. Tradunt annales (ut hi referebant) ea tempestate: Qua Secundo Bello Christianæ Militiæ inuictissimi Recuperatores Sacrum Christi Hagiasterium: e Barbarorum manibus multo sanguine uendicauerunt: in ea plurimorum heroum delectu sponte Ioannes Banda Veronensis arduam difficilemq; sed piam: atq; pro Relligione christiana necessariam prouinciam obeundam militaturus sociali Bello uiriliter suscepit: qui omnes relicta patria ad Hierosolymitanam expeditionẽ profecti sunt. Victoriaq; magnanime potiti: Inde redeuntes quieta Cypri sede illecti: Vbi præstantia tantorum uirorũ cognita, insignibus: quæ nulli præter eos tam præclari facinoris auctores gestare fas est. Nobilitateq; Cypria nõ modo Donati: sed ad quem dixi: Rerum apicẽ non immerito peruenere: & in hodiernum usq; diem inter illius insulæ primores: & sunt & habentur. PAN. Partiũ mearũ esse puto, siquid solidioris præconii ad huius familiæ laudes ad-

Bandæ familiæ Cõmendatio

Bãdorũ familia ĩ Cypro.

didero.HER.Quid Pāthee? PAN.Heri qd iucūdius? qd dulcius? qd magis uolupe? q̄ audire æq̄lē meū Andreā bādā senioris Christophori filiū: qui uirēti flores ætatula ueluti iuueculus alter Mopsus suauissimi Daphnidis imaturū obitū miserabili: Cōcineq; defleuit: nū illū putas Aganippio liquore: aut dulci Libethridū nectare coalitū? HER.Recte sentis.illius siqdē mira cātādi dulcedine mirifice captus: atq; delectatus sum: admirās ī tā tenero æuo dicēdi grauitatē: uerbo℞ leporē: stiliq; uenustatē: qtū carmine fit tersus: elegans: copiosus: & Perpolitus.AL.Quid hic terit florētē iuuētā? PAN.Hic fortuitu est.Huc laxādi animi gr̄a diutile diuertit.in Patauina Academia iuueniles annos exercet.AL.Cui illic potissimū lr̄a℞ palęstręq; addictus est? PAN.Versat indefessa lucubratiōe laboriosas iuris Pōtificii: Cæsareiq; paginas? AL.Quā optime ei cōsultū ē: Ve℞ audire gestio Hermolae cur te tm̄ mei tenuit desideriū? HER.Iā apiā.Post laucas opipare mēsas: Post munificā tā comiterītā p hūane Bādarū benignitatē e specula circūspectabā hos undiq; surgētes colliculos: pāpineis cōspsos umbraculis: ppetua oliuitate: herbidoq; uirore semp uernātes: quos quietā: securāq; Ruriculationis stationē putes: in qbus Antonius: Paulus: Hilarion: Malchus: & reliqui cœnobitę: eremiq; cultores urbanas illecebras: molestiasq; fugitātes: & trāqlliore secessum cōcupiscētes a Plebeis turbis semoti fiscellas iūco texere: uel canistrū lentis plectere uiminibus tuto possent: hortulos sarculo iuertere: felices uel gēmis: uel surculis īserere arbores: areolas ęquo limite diducere: in qbus iactis ole℞ semibus: aut p ordinē dispositis plātis inducāt scaturiētiū fontiū irriguas undas illud Vergilianū cōteplantes.

Andr. Bāda funera Daphnidis carmine deplorauit.

Caldariani ruris cōmēdatio.

Ecce supercilio cliuosi tramitis undam
Elicit: illa: cadens raucum per læuia murmur
Saxa ciet: scatebrisq; arentia temperat arua:

PAN.Addam aliud ad tantæ apricitatis amœnitatē coaggerandā ni tuā sim ueritus seueritudinē.HER.Dic īpune.PAN.Nū hæc collina uoluptas Ismariū Orphea: & Thebanū Amphiona hinc ad uocale Ebur hinc ad Calamos inflandos molliter alliciat? HER.Sinamus hæc Poetica.AL.Aliqd Pantheo in poetis condonemus.HER.Sic iubes Alearde? AL.Immo precibus cōtendo.HER.Esto? sed ad rē: nō explebat mentē hæc forinsecus speculatio: regiunculam p singulas glebulas angulatim explorare cupiebā: tā uliginosi soli in cāpestri planicie fœcundā lætitiā admirans: sed id muneris sine te obire nolui: simul ac te his oris diuertisse intellexi: ut hesternā disceptaciunculā inter me: & Pantheū subortā arbitrario tuæ philosophicę doctrinæ iure diffinires.AL.Si tuū aduentū rescissem: illico pro mea in te obseruantia huc cōuolassem? sed tuā de me opinionē ne fruster: uereor: quādoquidē: is non sim: qui uoto tuo satisfacere possim.HER.Ex in genuitate tua loq̄ris Alearde: sed unū scio me nullo de te falso duci errore: exeamus ædib⁹: ut regionaliter singulos exploremus cespites.

Vergili⁹.

AL. Opus est ex indigenis indicatore. PAN. En homo iste inter agrestes suos nō paruę existimatiōis sexagenarius: ultroneus se offert more rurali per auoꝝ seriē regiōis situ: Patrios cultus habitusq́ꝫ locoꝝ: nō tā dicatule: q̄ scitule narraturū. HER. Quid Alearde hominē fixo obtutu miraris? AL. Admiror Rurestris hominis uiridiorē habitudinē: Viden ut rusticani roboris & uegeti uigoris succiplenus q̄ uberrimus: q̄ habitissimus sit? Quę ue corporis mēbratura? q̄ pacutis setis hispidus pectora: brachia: atq́ꝫ crura: cui canicies ipexa: & hircinū barbiciū: ad ppetuā ualitudinē depēdet: hi sane laboris patiētes in oībus uitę ærūnis degētes: pmiscua cibi: & potus colluuione difficulter depasti: firmi: integriq́ꝫ nestoreos uiuūt annos: Nos uero delicatiores antidotis pmuniti: Regio luxu nutricati syriis: arabis: eoisq́ꝫ uoluptatibus educati: īmatura: & subitaria morte pripimur. HER. Sibyllæ recitas oraculū: Hoc.n. coꝝ utrisq́ꝫ diuersa aīoꝝ uarietate cōtigere arbitror: Quom illi tranqlla mētis qetudine gaudeāt. Hi uero anxia curaꝝ fluctuatione iactemur. PAN. Audite obsecro: Præter Varronē: Columellam: Plinium: Aliosq́ꝫ scriptores: q̄ delectabili carmine Rusticanam extollat Vergilius Beatitudinem. Rustici habitudo Vitę Rusticanæ Cōmendatio

Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor: hinc patriam paruosq́ꝫ penates:
Nec requies: quin: aut pomis exuberet annus:
Aut fœtu pecorum: aut cerealis mergite culmi:
Prouentuq́ꝫ oneret sulcos: atq́ꝫ horrea uincat:
Venit hyems. teritur sicyonia bacca trapetis:
Glande sues læti redeunt: dant arbuta siluæ:
Et uarios ponit fœtus autumnus: & alte:
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati.
Casta pudicitiam seruat domus: ubera uaccæ
Lactea demittunt. Pinguesq́ꝫ in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi:
Ipse dies agitat festos: fususq́ꝫ per herbam:
Ignis ubi in medio. & socii cratera coronant:
Te libans lenææ uocat: pecorisq́ꝫ magistris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo:
Corporaq́ꝫ agresti nudant prædura palæstra:
Hanc olim ueteres uitam coluere sabini:
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.

AL. Etsi oīa Vergilius elegāter: Ista tū signātissime de agrestiū trāqllitate decātauit. Nō miꝝ igit̄ si Pythiū oraculū Aglaū Sophodiū: q Arcadū pauprimus sed ętate iā senior terminos agelli sui nūq̄ excesserat: Paruuliq́ꝫ ruris fructibus

ac ineptis dapibus cõtentus solidã:ac sincerã felicitatẽ agebat:nõ modo Gygẽ Lydiæ rege:diuitiisq; abũdãtissimo. Veq; omni Aula irreqetis sollicitudinibus refertissima beatiorẽ non imerito adiudicauit. PAN. Putarẽ me hic grãde cõ/mittere in patriã nostrã Piaculũ:si in tãta occasione pterirẽ senẽ Veronensem Aglao nõ dissimilẽ: Q uẽ Claudianus nusq̃ in oi eius uita a Nataliciis suę re/giũculę limitibus excessisse. At potius spõtanea relegatiõe intra auiti soli nati uas sæpes felicissimũ ad tertiã usq; ætatẽ:ualidoq; robore Firmũ uictitasse de cantat. AL. Non hãc cõprecor Panthee. Rarã nostræ patriæ laudẽ cõticescas: PAN. Non addas currẽti calcar:bibulis totis(ut aiunt)auribus facũdi poetę deuorate signantissimũ carmen. hunc in modũ concinit ille:

Claudia/nus de se/ne Vero/nense.

Felix qui propriis æuum transegit in aruis:
 Ipsa domus puerum:quem uidet ipsa senem:
Q ui baculo nitens in qua reptauit harena.
 Vnius numerat sæcula longa casæ:
Illum non uario traxit Fortuna tumultu
 Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas:
Non freta mercator timuit:non classica miles:
 Non rauci lites pertulit ille fori:
Indocilis rerum:uicinæ nescius urbis:
 Aspectu fruitur liberiore poli:
Frigidus alternis:non consule computat annum:
 Autumnum Pomis:Ver sibi flore notat.
Idem condit ager soles:idemq; reducit.
 Metiturq; suo Rusticus orbe diem:
Ingentem meminit patrio qui gramine quercum
 Aequæuumq; uidet consenuisse nemus:
Proxima cui nigris Verona remotior Indis:
 Benacumq; putat littora rubra lacum:

Claudia/nus de la/cu bẽaco.

Sed tamen idomitæ uires:firmisq; lacertis
 Aetas robustum tertia cernit auum:
Erret:& extremos alter scrutetur Hiberos:
 Plus habet hic uitæ:Plus habet ille uiæ:

ALE. Q uis neget Patriã nostrã huius Epigrãmatis testimonio inter beatissi/mas regiões nõ cõnumeratũ iri. PAN. Sed quẽ ĩ nr̃o agro arbitramur locellũ fuisse:qui beatiorẽ hũc senem detinuerit? HER. Hoc augurari difficile esset. Q uom plures ubiq; p uniuersam regionẽ amœnissimæ clæmẽtioris cœli pa/teant stationes. ALE. Ita est. PAN. Vergilius carmine itidem georgico ex di/uerso sollicitas Vrbanorũ curas secat:sed attendatis uelim q̃ uere Seneca tu/multuarios urbium motus Tragica simplicitate suggillet:

Turbine magno spes solicitæ
Vrbibus errant: Trepidiq; metus:
Ille Superbos aditus Regum:
Durosq; fores expers somni
Colit: ac nullo fine Beatas
Componit opes. Gazis inhians:
Et Congesto pauper in Auro:
Illum populi fauor attonitum
Fluctuq; magis mobile uulgus
Aura Tumidum uoluit inani:
Hic clamosi Rabiosa fori
Iurgia uendens improbus iras:
Et uerba locat. Nouit paucos
Secura quies. qui uelocis
Memores æui tempora nunq̄
Reditura Tenent.

Vitæ Vrbanæ taxatio. ex Seneca

HER. Ad has uitæ ad monitiões opęprętiũ Puto Panthee inducẽdos Poetas: hocq; pacto meũ non uerebere supercilium. PAN. Tibi obsequentissimus ero. HER. Quom nouitatis sititor sis auidiusculus. seniculũ ergo i Rustica plebe haberi primariũ cupientẽ solerter interpella. PAN. Quã lubentissime: facesse huc mi Pater. quod tibi nomẽ. Tytyrus. PAN. Bono omine: id busequis cõuenit: cuius frugis exuberans est Plaga hæc plana: collinaq;. TYR. Perq̄ lætum terrenum sponte: ut alibi stercoratissimũ: in quo iugeratim luxuriant segetes: Robusta consurgunt farra: lætiora proueniunt legumina: & copiosæ annonæ est beata celebritas. Quippe terrenis fœtibus: & arboribus abũdat: PAN. Facile hoc crediderim: quom hæc telluris ora: situ: soli colore: & pingui densitate: uel putri: indicia fertilitatis manifestaria pręmittat: Quæ Vergilius sapientiæ cõpositissimæ uates carmine hoc agrestibus indicauit:

Tyrus senex.

Indicia glebæ fęracis.

Nigra ferre: & presso pinguis sub uomere terra:
Et cui putre solum (nãq; hoc imitamur arando).
Optima frumentis: non ullo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis:

HER. Videtur Regio ad oẽm agricolationẽ q̄ aptissima. AL. Senex isthac a stipulatione in Cristas tollit pinnatis digitis. TY. Cernitis ista cliuosæ latitudinis cõsita uineta luxurianti palmite: atq; pendentibus racemis: ex ea plenis labris spumantem uindemiam legimus: quã decurrentem non capiunt torcularium mustarii lacus: nec ad hornã laticis frugem uinitoribus spaciosæ sufficiunt celæ: PAN. Hoc tibi quoq; credimus Tyre. quom talẽ ad munera Bacchica describat Vergilius Regionem sic canens.

Indicia terræ bac chicæ:ex Vergilio

Vergilius regionem sic canens:
Atq; pinguis humus|dulciq; uligine læta|
Q uiq; frequens herbis|& fertilis ubere campus,
Q ualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere.huc summis liquuntur rupibus amnes,
Hic tibi prævalidas|olim multoq; fluentes
Sufficiat Baccho uites|hic fertilis uuæ|
Hic laticis.qualem pateris libamus|& auro:
Inflauit quom pinguis ebur Tyrrhenus ad aras|
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

ALE.Est tibi Panthee summa cum Vergilio familiaritas.PAN.Est.sed aduertisti Aleardei q̃ mellito ore grandæuus sermocinator suauẽ uini memoriã repetat.ALE. Illud ignoras uulgo adagiũ acceptũ esse:seniores nõ minus merum| perinde ac infantes lac ad imbecillem ætatem confouendã|atq; sustentandam appetere. Ty. Q uid aures uicissim secreto susurro mordicari uidemini:an fortasse me nugerrulũ|& dicacitate tinula cõmenticiũ putatis.PAN. Absit pater cule mi,Verũ potius admiramur q̃ sapida lingua uinosam exuberãtiã cõcinniter cõmendas. Q ua coniicimus te ueluti auidiusculũ pocillatorẽ hoc senio nectarea sorbitione oblectari.Tyr.Nec tu (quãtũ ex robusti uultus nitore cõspicor)q̃q̃ iuuenis perones(quod dicũt)mero p infundibulũ opples. ALEA. Q uã prompte senex in Pantheũ subitariũ cauillũ retorsit.HER.Heus Panthee nos oẽs in risum disrumpimur:tu solus stupido rigore nõ hiscis:cõsopitos crabrones excitasti.AL.Postq̃ hac festiua|ac iocularia risione prona camporũ spacia dimensi sumus:collisq; prioris radicẽ tenemus:Q uin humile iugi cacumen:Q uod molliter clæmenterq; insurgit|Leni gradu ascendimus:HER.Vt Lubet|ascendamus:AL.Supato dorso insedimus.circũuolue oculos Hermolae|& uide q̃ iucunda prospectu est specula hæc.siue in Planiciẽ|siue in mõtes eminus dirigas lumina.HER.Est profecto:nũ ad occiduã plagã illa sunt clara Veronæ mœnia aculeatis pinnis coronata:q̃ pspicuæ urbis eminentissima| sed & tẽplo℞ omniũ fastigiatæ turres uisunt:quæ ab hinc|quom decimo lapide distent|ac si præ oculis essent|æquæ cõspiciunt.AL. Specta ad septẽtrionẽ paruã Coloniolã.ad ortũ munitissimũ|ac uoluptuosum Suauii castrũ ad meridiẽ Lenniacũ totius agri Veronẽsis firmissimã tutelã.HER.Nihil est|quod huic pspectui ad amœnitatẽ addi possit. Tyr. Videris hanc planã circũiacẽtem orã:AL.Videmus.TY.In ea Banda℞ familia tũ ad frugẽ triticeã|uinariãq;|Tũ ad Pastionẽ armẽtariã innumera iugera possidet.AL.Eo℞ munificę liberalitati|cõueniunt.HER.Ita est.TY.Cernite q̃ amœnissimo pspectu uirẽtia hęc prata uiminali|& perticali salice ad regulã quadrato ope loculata subsideant.HER.Sunt oĩa|quę & delectationi|& utilitati inseruiãt.AL.Q uid tu

Parua Coloniola. Castrum Suauii Léniacũ Bandarũ possessiones.

Panthee:te ne lupi uidere priores? PAN. Disperam si non libet hunc silicernium edentulum & capularem ex iugo in præceps deturbare. ita eius suggillatione districtus mordeor: ALE. Quid si te ferro petiisset? PAN. Aequius tolerassem. ALE. Stultius egisses. potius feruescentem bilem comprime. quãdo id ioco magis q̃ serio dictum in te est: dissimulansq; illum ut pridem ridibunda fronte interroga? PAN. Modo possim: Viden ut innixus alterũ crus bacillo subulcus obæsus inhęreat: ALE. Quin pacata mente interrogationem perge. PAN. Pergã quãdo id iubes: Tyre quod est colliculi nomen? TYR. Ad te rediisti tandem? sic soleo meos calumniatores. iocabar tamen: Verum tenui fomite tuum excandescit uaporarium. quom resederit flamma facilem a te spero ueniam: ALE. Missa hæc Tyre: Interroganti Pantheo Responde. Ty. Vocabulũ Colliculo Longa uetustas dedit ex sacello isto Diui Mathiæ dicatum: quod semiruptis Cameratis fornicibus collapsisq; ædificiis cernitis. HER. Quid Panthee ruinæ disiectas undiq; quisquilias Rimaris? PAN. Vt sciam quæ sit lapidum hæc temere congesta maceries: hem lapideam mensam grandioribus litterarum characteribus inscriptam inter saxorum Ruinosam stragem semisepultam. HER. Elice Panthee ex illis Ramentis (si quem potes) sensum. uel ex obliteratis pene iam uestigiis aliquid ariolare: ALE. Vide Hermolae Pantheum q̃ laboriose satagat: ut disiecta lapidum fragmina ad cõmissuram coagmentare nitatur? HER. Auidus est ad hæc antiquitatis dignoscenda monumenta: ALE. Est perspicacis ingenii indicium. PAN. Dii male faciant. his Rurestribus morionibus qui ad aliqua uillaticæ structuræ bubulia reliquum lapidis hoc in frusta discerpto asportarunt: ad symmetriam rectam insculptæ sunt litterarum notæ: Verum nullus eruitur integer sensus: non uereor quin aliquid de castro hoc aut de Balnearum uetustate præclarę didicissemus: disrumpor bile in hanc rusticorum ruditatem. Vtinam mihi imperium in eos esset: Luerent sæuas pro crimine pœnas. HERMO. Non adeo Panthee hoc rusticorum erratum te mouet: quantum Tyri iocosum cauillum. sed quod restat peragamus. ALEAR. Quid tu Tyre baculo ruderа senticetis pene obsita conuerris? TYR. Hæc ruinosa uestigia munitissimæ quondam arcis sunt: quæ duplici murorũ ambitu tutissime cingebantur. Cuius sane castri munimẽta ab insana & tumultuaria factionum seditione igni & ferro disiecta fuisse seniores nostri dolenter testãtur: Collis iste (ut cernitis) semper tonsus est: sola graminei uiroris ac florũ purpurea. uarietate uestitus in quo brumali asperitate Ferrugineis uiolis aprica uernat humus: quã florigeræ Apes Spoliato herbarũ honore ad dulcia mella depopulantur: nec minus puellares Virginũ turmas allicit ad coronamenta gemmata undiq; tellus. PAN. Talis flosculorũ nitor cynnameos odores spirans Aristei examina detenuisset: quo Ditis Regina ante uiolenti raptoris iniuriam Aetnæas delicias.

Collis Diui Mathiæ.

Cõditiões castri Caldariani.

& Sidonia puella candido tauro decepta Tyriam amœnitatem permutasset. Hunc alterum quem paruo interuallo sciunctum despectamus humiliorem collem sola fruticantiũ ilicum uiriditate conspicuum uis peragremus.HER. Nihil in eo conspicor quæsitu dignum:& ut ingenue fatear) longiusculi itineris pertesum est:PAAN.Sic est.ALE. Tu Panthee qui curiosiore indagine studiosus es edoceri locorum secretiora Rusticanum præceptorem interpella.

Collis Gadius.

PANT.Est ne Tyre monti huic nomen quoppiam?TY.Gazum illum dictitant.PAN.Vnde isthęc nomenclatura?TY.Ab antiquo est.ALEAR.Quid obtutu fixus stas cogitabundus Panthee:de uocabulo hoc quicquã forte Ruminaris?PANT.Hoc agebam:at at habeo:a rerum puto exuberantia inditum a uetustis esse.HER. Non falso auguraris.HER. Quo dextrorsum ab is Tyre.TYR. Paucis ante mensibus dum uiculum hunc die quodam interci so ociosus ob ambulansq; solus perlustrarem lapideæ tabulæ frusta longioribus litteris insculptę offendisse memini.ea uobis legenda subiicere uolueram. PANTHEVS.Quæso perge Tyre.si quid forte de Balnei claritate reperiamus.TYR.Huc adsis Panthee.PANTHEVS. Accuro.HERMOLAVS. Eamus & nos.ut quid noui sit noscamus.PANTHEVS.Coaptemus in unũ Tyre saxea hæc fragmina.TYR.Hei q̃ ponderosa sunt.PANTHEVS.Impinge ualidius.TYR.Non mihi est ut quondam iuuenile robur.PANTHE. Iam satis cohærent.ALE. Melius nobis actum est in hac q̃ altera tabula.saltem ex hac integer elicietur(ni fallor)sensus.HERM. Interruptæ sunt scissuris litteræ.Panthee ex profracto exemplari hic in puluere ad litteram transferi be inscriptionem.PANTHEVS.Libenter.hæc est:

Gadius.Magulla.H.Secun.N.Habet.Iunonis. Balnea.Sed.Habet. Omnia. Balnea. Vina. Venus.
Corrumpunt.Corpora.Nostra.Sed.Vitam.Faciunt.
.B.V.V.

HER. Quã breuesiq̃ tersasi q̃ scitas excogitabant maiores nostri huiusmodi inscriptiones.PAN.In omnibus accuratiores fuerunt.ALE. Maxime quidẽ: uerum sæpius hæsito in his singulis litteris utrinq; expuctis:quare uelim Panthee distinctius totum mihi Epigramma percurras.PAN.Percurrã libentius. Sic enim est:Gadius Magulla hæredes secum non habet:Iunonis balnea sed habet omnia:Balnea uina:Venus corrumpunt corpora nostra:Sed uitam faciunt balnea.Vina Venus.ALE.Nunc teneo perq̃ belle sensum omnẽ.HER. Sed quæ Antilogia Alcarde hæc est.Vt Balnea Vina Venus destruant corpora nostra eademq; conseruent?ALE. Dicam.eorum moderatus pro tempore usus auget in hominũ uitam.immoderatus rursus pernecat.HER. Castigata tua isthæc responsio.ALE. Cur Panthee Iunioni dicata Balnea arbitremur? PAN.A sacello uetustate pene collapso forte Iunoni.quondam sacro putaue

rim? ALE. Non inepte censes. PAN. Plurima rerum primordia/ denominatio nesq; oblitterat antiquitas in litterarum monumentis superuiuant. en q̄ remotius a ueritate ariolabamur huius Colliculi cognomentū. Q uem non a diuitiis. sed a Gadio Magulla uocabulum traxisse certo credendū est: quom illi in deliciis forsitan fuerit: aspicite quam iucunde querna (& uiua fronde nitet) ueluti uiretis consitus lucus uiridantibus Comis Cæsariatus/ Dodonęi ne moris multa glande confertos Ramusculos prospectu gaudiali superat. ALE. A te non dissentio. TYR. Locellum non suæ laudis expertem præteribo. Siluula ista plurimarum auium secretarium est/ in quo obtemperatam cæli clæmentiam/ plagæq; apricitatem/ mensibus omnibus/ merulæ fringuliciunt. Lusciniæ garriunt: innumeræq; canoræ/ ueluti prolectante uerno uapore auiculæ/ non temporarios/ sed comentissimas occentus meditulio obloquuntur: in hoc tutissimo diuerticulo brumali sidere boreales horrores fugitantes Phasii/ Perdices Cothurnices cum suo orthygometra tranquilla tabernacula quotannis locant: in eo lasciuiunt perpetuis æstiuis semiferæ Dammæ meticulosi incursant Lepores/ Hinnulliq; mollicelli petulanter exultant. PAN. Narrat senex eas uenationes: uoluptuariaq; incitamenta. quæ improuidum Actæona cum sagaci molosso/ & Cephalum nodosa plagarum implicatione/ ineuitabiliq; Auroræ munere semper uirentis Himethi posthabita indagine Pellectarent. HER. Iam in cliuum ad Balnearum fontes descendamus. PAN. Hoc suadent maiores/ quæ cadunt de montibus umbræ. ALE. An Potius uillarum quæ culmina fumant. PAN. Q uid sibi uolunt hæc coccinei coloris per salebrosa uiarum passim disseminata saxa? quæ grauiusculos nostros gressus sæpicule offendunt. HER. Hæc salebra ad pedum clauos minime facit. TYR. Isthac cliuosa regio omnis ad fontis usq; ferrugineo lapide consperśa est. ALE. Ingeniti uigoris terræ naturam redolent. PAN. Globosam hanc sane ex subsidente chalibis fæce ferrugineam scoriam ab ardentibus Cyclopum caminis deuolutam crediderim. HER. Q uid Alearde oculos mirabundus circunfers? ALE. Considerabam conuallem his colliculis leniter sæptam. quæ ex philosophantium doctrina: & caloris & salubritatis inditium a nascentibus aquis patefacit: Vbi aeris/ ut plurimum purissima serenitas/ nullaq; nimium uliginosi soli suspecta malignitas. TYR. Deniq; ad fontium scaturiginem deuenimus. PANTHEVS. Vbinam sunt? TYR. Flecte læuorsum/ ad extremam montis planiciem: PANTHEVS. Hem quibus siphonibus ab extrema/ fontis harena exiliunt bullæ: exundantis pene aheni salientes unitas æmulantur: non me eam feruenti lauacro temere concredam. ALEARDVS. Tuto id faceres: leni & enim uaporis temperamento insilentium corpora complectuntur. TYR. Cernite quam conspicua circinati orbis specie uiridante labro Limpidissimas undas contineat fons primus: allicit ad inurinandum fontana

Laus Siluæ in mōte Gadio.

Fons Caldarianus primus.

Hæc lucida perspicuitas. HERMOLAVS. Hoc nobis parens / ac diui/na rerum opifex arte melior saluberrimarum aquarum conceptaculum stu/diose coparauit.PANTHEVS.Hos in magna languentium frequẽtia fuisse inditio extant:quæ uix apparent uiuo circumsedilia saxo:quæ temporis inui/dia / uel ut uerius dicam / maiorum incuria (ut arbitror) subrupta passim / disiectaque sunt. ALEARDVS. Magno ægrotantium usui quondam fu/erunt. TYR. Immo maxio memini me non multos abhinc annos/non mo/do nostrates / & rurestres paganos uerum urbicos ciues / atq; exteros lan/guentes ab longinquioribus locis ad præcipuum / præsentissimumque Bal/nearum perfugium confluere. Ex illis scabie asperſi. ulceribus luridi / car/bunculis inusti / enormem sordium eluuiem exuti / lucenti cutis pollicie in iuuenilem nitorem reformati abibant.PANTHEVS.Quo infortunio tan/ta fontium cessauit celebritas? TYR. Aiunt malos istos/ atq; inuidos medi/cos uectibus noxio ueneno illitis salubres latices infecisse: quo præsentane/am / & gratuitam naturæ opem hominibus auferent / grandioremq; quæ/stum suis perniciosis pharmacis nr̃o dispendio compararent.PAN.Ah/ah/ah/ & tu Alearde genuinũ mordacis rustici/dentẽ euitare nequisti.Tyr.Hem quis uñum medicus est? ALE.Sic medicos laceras? quoꝝ opẽ ægrotãtes oẽs implo rare consuerunt.Tyr.Q̃d in triuiis aiunt/aio. sed nihil mihi cũ medicis/dum hæc robusti uigoris sit integritas.Pan.Vtinã hic rusticanus cauillator lraꝝ ex/pers nõ fuisset.ALE.Quã obrẽ? Pan.Catoniana ac Pliniana in medicos Lan/cinatione te secuisset.fuerat illi in prõptu obiicere medicos aĩas nostras ingẽti q̃stu/periculoq; nostro negociãtes/nõ siluisset eoꝝ auaritiæ cõmẽta/experimen taq; p mortes:nec inscitiæ capitalis in occidẽdis hoĩbus sũmã ĩpunitatẽ.ALE. Addis & tu Panthee oleũ camino? Pan.Nõ in te hoc dictũ putes qui ꝓculdu bio es Archiatros/sed in circulatores nugiuẽdos/& Pharmacopolas uenalicia/rios.HER.Sed ad rem nostram Alearde. Quanam causa coiicis longiuscu/lam Balnearum desuetudinem? ALE.Destituuntur aliquando Balneæ ab uul gari hominũ imperitia:quom aduersum earũ effectum frustrati expectatione experiuntur.Et quod mali semen euenit:id usq; futurum arbitrantur:Subter/ranei enim aquarum meatus certis annorum periodis amissa ingenita uiuaci/tate/ non modo languentibus minime prosunt.Verum letiferum uirus conci/piunt.quo miserandis fatis mortales conficiunt: quod euenire creditum est: aut noxia aeris intemperie:quæ aquis æquali potentia / uel contraria solitam uirtutem exhaurit:Aut supernorũ ignium fluore/quo medicoꝝ fontium uis/ uel penita tellure reconditur: uel letali tabo inficitur. Hinc rudes isti fon/tes ueneno commaculatos peruersa medicorum inuidia rati sunt. HER/MOLAVS. Hoc satis conuenit. TYR. Vos uestris concinnatis ratio/nibus agrestaꝫ uulgus/& quandoque prudentiores decipitis: nusquam uobis

Contra medicos.

Quare Balneaꝝ fontes ali/ qñ infici/ unt.

credulus fui . PAN . Alcarde rationibus astipulantur omnes Philosophi/ atq;
Poetæ.Hi nanq; tabificam aeris maliciam esse tradũt:Q uæ foedet Lymphas/
corrũpat pabula tabo.Det genus oẽ neci pecudũ/det & oẽ feraꝝ.Vt Vergili⁹
flebili carmine decãtauit: TYR.His deniq; post habitis/ spectare alteꝝ a prio
re breui tractu seperatũ fontem largiore labro in planitie librata ebullientem.
PAN.Proh bone deus/eisdẽ rubecullis harenis/eisdẽ scaturientibus bullis/qua
si per siphũculos pellucent argẽteæ undæ:miꝝ est q̃ prope uaporanti ignitũq;
solũ læti gramineo uirore nitẽtes rideãt fontis margines:in hoc uitrei laticis la
uacro/ex ꝓxima syluecula armatas sagittis nymphas feraꝝ cruorẽ diluisse/ ac
uenatõis lassitudinẽ iteꝝ ac sæpius refouisse crediderī.HER.Eadẽ est Alcarde
ambaꝝ thermaꝝ/q̃q̃ paruo interstitio segregataꝝ potentia.AL.E.Eadẽ procul
dubio.Liceat riuulus ex sꝑioribus ad inferiores prona fusura indesinenter ca
dat/unius tñ naturæ per terræ rubos scaturiunt uaporantes aquæ.HER . Iam
audies Alcarde quæ fuerit heri subdubitatio inter me/& Pantheũ:Q uærreba/
mus inter loquendũ:quonã mõ fiat/ut contentissime sine lignoꝝ adminiculo
aggesto:sine ignis fomento hæ indefesse concoquantᷣ undæ:qua ue cã medica
tæ exiliãt ex terræ uisceribus tepefactæ aquæ:& quibus præcipue morbis au/
xiliares essent caldarianæ:plerasq; ultro citroque iactauimus argumentationes
sine arbitro.Hac disceptatione mirum de te desiderium nos exoptanter inua/
sit:ut te differente/quem amœni / solertis/ac perspicatis ingenii dudum noui/
mus/quid in re/ esset/dignosceremus.ALE. Hæc sunt Hermolae quæsitu di/
gna/non obiter discutienda : iam prouecta uespera occidui fluctus anhelan/
tes solis æquos rubenti rore conspergunt:in crastinum otium disquisitionem
hanc differamus.HER.Recte dicis:eamus PAN.Priusquam hinc abeamus/
scire ueli Tyre rem quæsitu non iniucundam . TYR. Q uam. PAN.Promi/
scuo ne / & propaculo lauacro sexus utriusq; : comixta innatabat turba?
ALE.Q uod ridiculũ quærit / Pantheus.TYR. Absit:In illo enim angustiore
disiunctis a fœmineo & matronali pudore uiris immerso discriminatim daba
tur:hũc uero latiorẽ (memini) in Tabernaculi Typũ tabulis undiq; sæptũ in
quo muliebris pudicitia decenter:tutoq; mersabatᷣ:Veꝝ cessante adu enientiũ
frequẽtia/omnia(ut cernis)dirupta/dessipata/& inculta squallent. PAN.Hoc
indicant senticosa uepreta præacutis pinnulis tractim serpentia.TY.Heu:ma
iores nostri diligentiori studio/tam præsentanei auxilii salutẽ custodiuerũt:Le
gere est in urbe nr̃a municipaliũ sanctionũ decretũ.Q d̃ ad calẽdas maias Bal
neaꝝ ex purgationũ/& riui ære publico/uicinisq; agrestiũ incolarũ opariis fa/
ciẽdã iuiolabili pœnæ sanctõe publicitus quotanis demãdat.PAN.Q uæ tãta
igitᷣ hoium ignauia?TY.Q ñ in id ſæculũ deuenimus.Q uo singula in peius
ꝓlãpsantᷣ.HER.Iã uertam⁹ ad ædes gressus.TY.In hoc extremo uoluptuariꝑ
pagratõis nõ pigeat spectare hunc decẽpedalis latitudis riuũ ex fontibus se/

Fons altis Caldaria/ nus.

Calendis maiis bal neæ pur/ gantᷣ pu/ blico De/ creto.

cũdo fluore argẽtei laticis decurrẽtẽ.PAN.Quod illi nomen?TYR.Masera PAN. Masera?hoc corrupte Macerã potius a fœlicitate dicerẽ.Quom hæc uirentia prata iugi eius irrigatione fertiliora reddanẽ.TYR.Vt accepi a maioribus:ad caput riui multa fieri solita erat Lini maceratio.Hincq̃ nomẽ sortitũ esse.HER.Hoc magis cohęret.PAN.Vt cũq̃ sit:amœnissimus riuus est. TYR.Ne tãtũ dicas amœnissimũ:sed utilissimũ.PAN.Quis ex eo quæstus. TYR.Maximus:quom uitæ nr̃æ præbeat saluberrimũ auxiliũ eius nãq̃ limpidissimæ:ac recẽtes aquæ nõ mõ lassis decoquẽte supne æstu colonis iucũdissimo poculo arentẽ sitim restingũt:Verũ si qs:nostrũ:Thoracis torminæ laboratis:febrisq̃ horrore cõcutiẽ.ad huius salubrẽ potionẽ spretis medicoꝝ pharmacis indubitatã salutẽ deportaturi confugimus.PAN.Heus Alcarde.ALE.Inq̃ bñ ẽ.Quid.n.mẽbris rusticanis cũ Cynnamo:opobalsamo:asyriisq̃ liquoribus?est illis sat ad remediũ aquæ fluuialis sorbitio.Specta Hermolae olusculum exuberanti suctu:uirentiq̃ madore:ẽt rigenti bruma ripaꝝ margiens uestiẽs:quo nõ mõ ad acetaria:sed ad opẽ medicã condito stranguriã exerte laxamus.PAN.Quæ uos medici Alcarde acetaria dicitis?ALE.Id quod notissimũ est edules.s.herbas:quaꝝ usus:cũ aceto cibi appetẽtiã facit?& ab eo nomẽ sortitum puto.PAN.Longe te errare fateberis:si rẽ ad calculos deducas.ALE. Quæ igit̃ sunt.PAN.Nec tibi:nec tuis neotericis assentit Plinius qui de acetariis sic inquit:Horti maxĩe placebant quia nõ egerent igni parcerẽtq̃ ligno. expetita res:& parata semp.Vñ & Acetaria appellanẽ facilia cõcoqui:nec onerantura sensum cibo:& quæ minime accederẽt ad desideriũ panis.HER.Diuersa est ab oĩbus Plinii de acetariis sñia. PAN.Nõne istud olusculum est: quod uernacula lingua Crissonẽ dictitãt?TYR.Ipsum est.PAN.Quo id noĩe Alcarde medici appellitãt?ALE.Vt Dioscoridi placet Seneciõ dicit̃:qđ alii Crissonẽ uocãt:in aqua nasci autumat:habens fruticẽ pinguẽ:& ramulos longos: folia minuta:similia Hipposeleno quæ in ore dentibus cõtrita suauissimũ odorem emittũt:semen aũt eius crudũ comestũ calculos excludit:urinã prouocat: menstruis imperat:dysentericis prodest.PAN.Eodẽ quo:& de acetariis teneris errore.ALE.Cur.PAN.Habeo Dioscoridẽ lõge ab eo quod in mediũ attulisti discrepãtẽ?ALE.Nõ sum falsus ego.PAN.Audi obsecro:& me Dioscoridẽ legisse nõ inficiaberer?Sic inquit ille.Sedũ est herba:q̃ Senecion uocant:nascit̃ in tectis:& petris:folia habet uiridia:densa:& similia quercui: & crassiora & pinguiora:thyrsum subrufum capitella in sũmitate thyrsi habẽs in modũ uticellę.HER.Si amboꝝ uera est autoris citatio admiror ĩ eodẽ tantã lectionis diuersitatẽ.ALE. Neq̃ ego satis mirari queo:quom nũc repetã pter meã esse & hãc Dioscoridis lectionẽ:Sed cũ eo audiamus Pliniũ illud idẽ de senetiõe sentiẽtẽ:sic inqt ille.Senetio a nr̃is uocat̃.Quę a gręcis Earigerõ.Therissagũ specie:& mollicia:cauliculis subrubicundis:nascitur in tegulis:& in mu/

Macera riuus.

Acetaria.

Crisson herba.

Senecio herba.

Sedum herba.

Senecio

Earigerõ

ris nomen hoc græci dederũt:quia uere canescit/caput eius numerosa lanugi ne/ Q ualis est spinæ inter diuisuras exeunte. Q uare Callimachus acanthida appellat.alii Pappum/alii erucę foliis esse dixerunt:alii roboris/sed minoribus multo.Radice ali superuacua/alii neruis utili/alii potu strangulãte. E diuerso quidam regio morbo cũ uino dederũt:& contra omnia uesicę uitia.Item cor dis & iecinoris renibus extrahere harenam dixerũt:HER. Conueniũt ambo/ quibus non parua fides est de Senecione:ALE. Vincor quoq; ego hoȝ auto/ rum contestimonio:HER.Nequeo satis mirari controuersiam hanc.PANT. Iam teneo/unde fluat error iste.ALE.Dic quæso.PAN. Vos recentiores me/ dici unius litteræ inuersione fallimini:Nam capite/quo sedum Senecion di/ citur:Recte Discorides:Q uo & Plinius Erigeron senecion dicatĩq̃ rectissime/ & ipse:at caput illud primũ.quod tu ex Dioscoride Latino in mediũ attuli/ sti/& ubi Crissonis frutex/naturaq; describitur:non Senecion sed Senacion le gendũ:hine alternationis confusio suborta est.dum talia medici/uenia tua di/ xerim Alearde/minus accurata uestigatione rimantur. ALE. Ingenue fateor Hermolae/Vera est Panthei sentẽtia.&si forsitan nostris minus æqua uideat̃. Sed Panthee abs te scire uelim quo nomine:quem nos Crissonẽ dicimus/græ ci/eum uocauere.PAN.Non esse Senetionem/hoc certo scio.Verũ quomodo ueteres illũ appellauerint/difficile scitu arbitror:memini me olim de hoc ho/ lere curiosissimẽ consuluisse Herbarios/non istos uenalicios/& Circulatores/ sed uiros etiam græca litteratura eruditos.Deq; rerum natura industriosos/i n dagatores.hi sane ancipiti consilio pene hæsitantes referebant aut olusculum istud ab antiquis scriptoribus prætermissum:aut si non præteriissent Crisso/ nem arbitrabantur coniectura potius/q̃ certa asseueratione forte illum esse: Q uod Plinius Sion appellauit/de quo sic uerba facit. Sion est latius Apio/ in aqua nascẽs/pinguius/nigrius/copiosum semine/Sapore nasturcii.Prodest urinis/renibus/lienibus mulierumq; mensibus/siue ipsum in cibo sumptum: siue uis decoctii/siue semen e uino drachmis duabus/calculos rumpit/aquis/q; Q uæ gignunt cos/resistit/Dysentericis prodest infusum.ALE.Non conuenit multũ Sion forma ei quã Crissonẽ dicimus/licet cadẽ uirtutis natura cõstare uideat̃.PAN.Astipulatur Plinio gręca Dioscoridis lectio sic de eo scribentis. σείον φυεται εν υδασί θαμνίον λίπαρον ορθίον οι δε αναγαλλ ic ενυδροcοί δε σχοίνος αρωματικος οί δε δαρηνίον οί δε λᾶθυβ ερδε.φυλλα εχον πλατεα.ίπ ποσελινω εοίχοτα.μίχροτερα δε χαί αρωματίζοντα θερμοτήτος δε είc τοσουτο μετείληφ εν ωc εσθιομένα εφθατεσ.χαίωχα λίθουc θρυπτείν χαί εχχρίνείν ουρα τιε χίνεί χαί εμμηνα αγεί εμβρυα.δυσεντερίχοιc τε χρη σίμα βρωθέντα.κρατεαc δε ίcορεί περί αυτου ουτωc.ωοα θα μνοείδηc.ολίγη έχουσα φυλλα περίφερη μείζονα ηδυοσμου

Senacion

In medi/ cos.

Sion her/ ba.

Dioscori des de sió herba.

μελαινα περιεγγεζοντα ευζωμω. ALEARDVS. Reddas quæso Pā
thee Dioscoridem latinum. PANTHEVS. Reddo perlubens. sic inquit. Si
Sion. on in aquis nascitur fruticosum pinguiter erectū a quibusdam Anagallis aquo
Anagallis so: ab aliis iūcus aromaticus: ab aliis Daseniū: ab aliis Laryberde uocatū: fo
lia habens lata apio similia: minora uero & odorata: Caloris autem tantū sibi
uendicant: ut decocta & cruda commanducata calculos rumpant: & educant:
Vrinam mouent. mensesq; & foetus educūt: Dysentericis utilia commandu
cata: Crateas autem de hoc ipso sic inquit herba parua ad arbusti similitudi
nem: multa folia habens rotūda maiora quam mentha nigra & similia erucæ.
ALEARDVS. In eandem ferme deueniūt sententiam Plinius: & Dioscori
des. PANTHEVS. Adducor in hanc opinionem ex alia Dioscoridis lectio
ne: Qui de Sisymbrio scribens ait illud etiam Sion a quibusdam uocitari.
ALEARDVS. Quid ad rem? PANTHEVS. Dicam postea. sed prius au
diamus Dioscoridem de Sisymbrio sic dicentem.
misymbrium ex Dioscoride. Cισυμβριον οἱ δε καρδαμινην. οἱ δε και τουτο το σειον καλο
υσιν. ενυδρος εςι ποα κατα το αυτο τω σειω γεννωμενη. κα
ρδαμινην δε τινες καλουσι δια το εοικεναι καρδαμω την γευσ
ιν. φυλλα δε εχει τα μεν πρωτα περιφερη αυξανομενα οι
σχιζεται ως τα του ευζμου. εςι δε θερμαντικον. διουρητικον
βιβρωσκεται δε ωμον. αποκαθαιρει δε και φακους και εφηλ
ιν καταπλασθεν διολης της νυκτος εωθεν δε αποκαλυσθεν.
ALEAR: Audirem libenter Dioscoridem a te latine interpretatū. PAN
THEVS. Ad uerbū sic scribit. Sisymbriū quod alii Cardaminem: Alii au
Sion. tem Sion uocant. herba est in riguis nascens. Quemadmodū Sion: uocatur
Cardamine. autem ab aliquibus Cardamine: quia Nasturtio gustu similis sit. folia habet
imprimis quidem rotūda. aucta uero scindūtur sicut Erucæ. Excallefacit enim
& urinam cit. Estur qdem crudum: & lentiginem tollit. & faciem purgat si per
noctē impositū fuerit: ita q̄ mane auferatur. ALEARDVS. Quid ad Cris
sonem hæc de Sisymbrio recitatio? PANTHEVS. Dicam ut monstrarem
Sisymbrion: & sion idem dici. ALEARDVS. Quid tum? PANTHE
VS: Autumant Herbarii ad riuulorum labra Crissonem nasci marem & foe
minam. iuxta quem eodem pene cespite: & calice Sisymbriū aquaticum in eā
dem prope Crissonis & formam: & uim paruo discrimine pariter enasci con
firmant. Quom ergo Sisymbrion Sion dicatur: facilis est coniectura: Sion
Crisson. Crisson appellari: quaȝ plurima est ortu: ui: & specie consimilitudo. ALE.
Theofrastus d herbaȝ differētiis. Nō adhuc in tua hac attestatiōe certū gradū affirmauerim. Quādoqdē Dio
scoride nr̄o attestātem nō nihil inter Sisymbrion: & Sion differre uideat. PAN.
Id nō negauerim: quom sepius in herbaȝ differētiis id usu eueniat: qd̄ Theo
phrastus ad ambiguitatē tollēdā his uerbis docet. Ad hæc alia pmulta naturæ

supuacuæ nosse forsitan possis:sed ut sæpe rettulimus|differentias cõparatiõe cęterorũ cõtẽplari semp oportet:Q uędã.n.herbę formis pl'ibus cõstãt:q̃q̃ nomẽ unũ sortiãt':ut ita ferme æquoca sint:ceu Lothus.huius.n.genera plura re dũdãt:folio|caule|flore| fructuq; discreta| iter q̃ uel illud reddit'.q̃d mel frugũ appellãt|diuersum tũ uiribus in usu cibario:tũ q nõ cadẽ loca desiderat:Alia quoq; plura hũc ĩ modũ facile assignari põt:Q uędã q̃uis existãt paucioribꝰ: tũ nõ minus discrimis sortiri uidẽt':ut Vessicaria q̃ cognoie nois tm̃:& q̃dã plane æquocatiõe accipit'.Vna.n.cibo idonea ẽ.& fructũ q̃si urbanũ acinosũ p̃stat:Duę uero|quarũ altera somnũ|altera insaniã infert.&si copiosior det' interimere sane põt. Pari mõ & in reliq̃s:quæ plurimũ inter se distẽt.accipi idẽ licet:ALE.Hac sane Theophrasti asseueratione nõ parũ Panthee in tuã s̃niam inclinor.PAN.Cur non totis|ut aiũt pedibus|in eam insilis?AL.Vis ingenue fatear?non facile a peruetustis nostris scriptoribus discesserim non ab re fuit longæua Grissonis denominatio?PAN. Num rationibus uinceris?AL.Vincor nõ isthac tua.PAN.Vt uideo plurimũ refert|quonã pacto ĩ teneris assuescamus.Q ua ue olentia rude uasculum imbuamus.iuxta illud Horatianum: Q uo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu.HER.Ita est.PAN. His relictis ad caldatianæ regionis laudes redeamus:AL.Hoc amplius nobis cõducet:PAN.Hanc rerũ omniũ operatrix regiunculam opportuna bonitate sospitauit.TYR.Non silebo quæ in riuo gregatim uiuãt|ueluti in piscinis uarii generis pisciũ examina|quę tũ indigenis agrestibus expiscatiõis uoluptatẽ præstant:tũ ad fercula eduliũ in protrimentis decoctum sapidissime condiũt: PAN.In multa stadia discurrẽs riuus secũdo cursu in Athesim cadit?TYR. Minime.aspice leuorsum spatiosos saltus.hos plurifariã diuisus iugi irrigatione|& herbido semp uirore fœcũdat:ut q̃tũ taurorũ armenta die ex pabulis tondeãt:Tãtũ nox roscida remittat:in eis ditiores urbis bubulia|& ouilia|req; oẽm pastoriciã locauere.Vbi pecuaria|& omnigenũ iumẽtorũ greges ubertim cõpascant:PAN.Pascua narras.q̃ Matini bucceta|ac daunia tesqua graminea fertilitate supent.HER. Satis deambulatũ cõfabulatũq; est|& iã dies abiit in noctem.PAN.Ad fœlices Bãdarũ penates regressi sumus.Inibi hodierni laboris lassitudinẽ recreabimus.AL.Vos missos faciã in postridianã dissertationẽ reuersurus.HER.Apud nos scis uelim:PAN.Immo retinẽdus est Alcardus. nã Bãdę tãti uiri hospitio se beari gl'iabũt':AL.Vestris ĩpiis(si ĩ lubrũ)acq̃esc̃ã.CHR.Facis ut amicos decet Alcarde:sed &Tyrus apud nos cœnet uelim. TYR.Tãti ĩuitãmẽti occasionẽ negligẽtia mihi depire minime sinã.Cõdronẽ accipio Christophore.HER.Meritus ẽ Tyrꝰ.PAN.Tibi Tyre inepte cõsulis. TYR.Cur?PAN.Stomachũ destruẽt delicatiores dapes:TYR.Male sentis: immo componẽt.AL.Q uãdo te taxauit Panthee Tyro hanc cœnã opiparent quãtũ potes inuides:CHRI.Parata sunt obsonia|discũbendũ est.

Lothus

uessicaria

Pascua optima.

Bãdarũ inuitatiões ad Alcardũ & Tyrum.

SEQVENTIS DIEI DE BALNEIS FACTICIIS DISCEPTATIO EISDEM INTERLOCVTORIBVS INCIPIT FOELICITER.

PANTHEVS.



NTE Lucani præfati sumus Deo diuia mysteria & sedula Religiosaq; obsequia cũ hymnis Christo ritæ persoluimus menté pia sacroꝝ obseruatiõe expleuimus: corpus uero opimis & ꝓpe saliaribus tãtoꝝ hospitũ dapibus recreauimus: dat opportunũ otiũ Vt audiamus Aleardũ de Balneis dissserenté. HER. Recte memoras pridianæ dissertatiõis inuolucra enodabit. ALE. Quicqd in me erit in mediũ afferã nec enim extẽporanea asseueratio: Quãdoqdẽ abhinc nouenus dies est quo rimabũdus fontani laticis teporẽ in genitæq; potentiæ aquaꝝ uires minutatim pscrutor sed si uidet Hermolao alacriori sede sub testudineata porticu aña cubile disceptationẽ hãc exigamus. HER. Recte mẽoras exeamus. Viden ut attallicis uelamĩbus exornatꝰ est cõsessus: Vtq; leni spirat cũ murmure uẽtus? ALE. Nõ potuit sane gratior ad rẽ hãc ptractandã habiliorq; excogitari locus uel iã dicite q̃ fuit inter uos scitu iucũda altercatio? HER. Plurifariã fuit tumultuario & cõfusanco sermone disceptauimus. Veꝝ te nũc iterpte utriq; mẽbratĩ q̃stiũculas inuicẽ ꝓponemus. ALE. In hoc suggestu quẽ cõsiles tapetes purpureo fuco ebrii exornãt mihi applaudẽs residebo ueluti i albo ptoris iure honorario iudicaturꝰ. HER. Merito is tibi Alearde debet locus. iã subdubitatiões meas audi. Diuia philosophãtiũ ingenia semp mecũ admiratus sum: quoꝝ alii diuersos astroꝝ meatus assidua cõtẽplatione dephenderũt alii sup cœli plagas aĩo pegrinari ausi sũt & exploratione acuminis sui Dei imẽsitatẽ imaginati metiri uoluere: Alii naturę secretiora domicilia ingenuitate suæ ꝓfessionis penetrauere ut nobis apirent q̃ ab eaꝝ opifice generata mortalibus ꝓdessent: At ubi caldarianas aquas conspexi Paulo prius obstupui. Quibus cogitatiõibꝰ uestigauerũt calidoꝝ fontiũ aquas eẽ medicatas. ALE. Nõ miꝝ ẽ. Hermolao quom cęteri mortaliũ magnitudine pterriti huiuscemodi laborẽ arduũ & ꝓfũdũ existimarẽt soli philosophi suũ nõ neglexerũt ingeniũ: ut hũanaꝝ diuinarũq; reꝝ cãs puia sapiẽtia cõdiscerẽt cognitasq; aliis intimarẽt: Hinc nõ solũ balneaꝝ naturaliũ uim excogitauerũt: Veꝝ mira cogitationũ acuitate artificiosam hũectationẽ adinuenere. HER. Admiror Alearde quom ad hũectationẽ lauationẽq; adinuẽta sint: cur illis balneoꝝ denoĩatio indita fuerit? AL. Nusq̃ legi apud nros (q̃d sciam) cur eis hæc cõtigerit noĩs diffinitio. HER. Quicq̃ de his habes tu Pãthee? PAN. Balneũ si qdẽ nõ ex romana uel ex gręca lĩatura nomẽ sibi uẽdicauit q̃d aptissime testat Suidas dicẽs. βαλανεῖον τὸ λουτρὸν παρὰ τὸ βάλλειν τὰς ἀνίας ... Balneũ uidelicet dicit q; antiq ad illud succedendũ glãdes cõburebãt: Et si posteaq̃ in mollissimã deinde lu

Suidas q̃d Balnei Etymologia Balneũ

xuriã a romanis deuentũ est: ex Balanis potius hoc est glãdibus Myrobalani: ex qbus teste Plinio oleũ ad unguẽtarias delitias cõficiebat̃ dici possent: quoꝝ depditã lauandi morẽ taxat his uerbis Idẽ Auctor dicẽs: Necnõ aliquẽ ex priuatis audiuimus iussisse spargi parietes Balneaꝝ unguento: atq; Caiũ principẽ solitum lauari. ac ne principale uideatur hoc bonũ. & postea quendam ex seruis Neronis. Hæc ille: cuius sententiam in Caiũ principem confirmat Tranquillus sic de eo scribens: Repotinis sumptibus omnium prodigorũ ingenia superauit: Commentus nouũ balneaꝝ usum portentissima genera ciboꝝ, atq; Cœnarum, ut calidis, frigidisq; unguentis lauaretur. HERMOLAVS. Fortassis hæc tua Panthee non parũ accommodata Balnei esset corriuatio: Sed aliam (ni fallor) de Balneis inclinationem in Diui Augustini Confessionibus me legisse meminerim, qui ad leniendum de matris obitu dolorem fatetur Balnea ingressum fuisse: Quandoquidem ex Græco ob hoc illis nomen datum erat. sed uerba non teneo. PANTHEVS. Illa ego tibi iam subiiciam ait ille βαλανεῖον Dictum Balneum βάλλει τὰς ἀνίας, eo quod appellat. curas & anxietates. HERMOLAVS. Recte memoras. ALEARDVS. Plurimũ applaudit balneaꝝ deliciis Augustini sententia. HERMOLAVS. Ita est: sed perutile putauerim Alearde si primũ de Isthac inuenticia lauatione quicquam pertractemus. ALEARDVS. Immo per necessariũ ꝙ ea cognita facilior erit ad naturales thermas aditus. HERMOLAVS. Est in professo industriam medicoꝝ diligentiam ingeniosa indagatione factitiũ Balneariũ comperisse: quom non ubiq; gentiũ medicabiles undæ ex terræ latibulis scaturiant. Hic pro diuersoꝝ morboꝝ necessitate efficatia liquoꝝ fomenta languentibus destinauere. Vini in primis, quod Paralysi, neruorũq; iuncturis non paꝝ opilari uidetur, Est & Oliuũ adiumentũ ĩ mẽbroꝝ attractione, ac uulneꝝ puncturis, nec minus ad mollienda intestina, & calculosis singulare remediũ: Lacteũ præterea addũt æthicis, nimioq; calore arefactis: Aliisq; plurimis non inane præsidiũ: Ad eundem modũ & Balnei calidi ex aqua apud priscos attestante cælso frequens fuit usus. ad febrem tollendam: quom humor intus nocens eo digeratur. Quo quom antiqui timidius uterentur: audatius uti suasit Asclepiades. PANTHEVS. Hoc idem de eo sensit Plinius noster sic scribens: Asclepiades uir sane sagacis ingenii. M. Pompeii æuo fuit: qui meditata quotidie oratione blandiens omnia priscæ antiquitatis remedia abdicauit: Traxitq; ad se mirabili artificio ægrotantium mentes, quom post plerasq; in ualitudinarios indulgentias etiam balneas auidissima hominum cupidine instituerit. & Primus Italiæ pensilem eaꝝ usum præmonstrauerit: ALEARDVS. Et quæ fuit Panthee balneaꝝ pensiliũ excogitata luxuria. PANTHEVS. Ea profectoꝙ Seneca in ep̃lis describit: sic nimiã romanoꝝ lauticiã detestans: Quedã nr̃a demũ ꝓdiisse memoria

Myroboslani. Plinii taxatio in Caiũ principem

Suetonii taxatio in eũdem

Augusti. de balnei diffinitiõe

Balnea ex liquorib9

Asclepiades medicus balneas istituit.

Balneę pẽsiles.

scimus: ut specularioꝝ usum perlucente: testa clarum transmittentiũ lumen: ut suspensuras balneorum/ & impressos parietibus tubos/ per quos circunfunderetur calor: Quo ima simul/ & summa foueantur æqualiter. ALEARDVS. Quænam fuerat pensilium balnearum structura? PANTHEVS. Eam opinor/ quæ in promptu est apud Vitruuium legere uolentibus: ALEARDVS. Succurrit ne tibi Panthee post demonstratas pensiles balneas: Quis Romæ Primus hac uoluptuaria lauticia usus sit? PANTHEVS. Succurrit siquidem: Legere est: apud Plinium Valerium Maximum & Macrobium/ Sergium Oratam hoc cognomento/ uocitatum/ ꝙ ei Auratæ pisces charissimæ fuerunt/ qui primus ostrearia in baiano locauit. qui primus obtimũ saporem ostreis lucrinis adiudicauit/ primum quoqꝫ excitisse/ qui Balneas/ pensiles (ne quid ei ad uoluptatem deesset) habuisset? HERMOLAVS. Credimus Aleardo Balnearum usum apud priscos saluti tantum fuisse concessum? ALEARDVS. Vtiqꝫ/ sed ex præcipua mortaliũ salubritate in mollissimã lauandi licentiam omnes uulgo prolapsi fuerũt? Vt nobiliores & Plebeii tum priuatim/ tũ Publice quottidianũ lauacrum insolentius frequentarent. PANTHEVS. Romanæ omnes hoc attestant historiæ/ quæ non modo sũma impensa extructas Thermas Agrippinas/ Neronianas/ Domitianas/ Antonianas/ Diocltianas/ & reliquas/ id genus/ cõmemorant? Verũ in id res processit: ut quisqꝫ ditior in priuatis ædibus eas construeret: Id Cicero epistolis suis ad Terentiam uxorem/ & ad. Q. fratrem indicat: Quom illam admonet curandũ esse/ ut labrum sit in Balneo: Hũc uero cerciorem reddat in Asia pro consule/ mqua diligentia in Harpinate Balneas extruat: Idem clarius præmonstrat Plinius Iunior ad Gallũ suũ in descriptione Villæ laurentinæ: In qua præter reliquorum locorum structuras miris effert laudibus Balnei cellam frigidariam. Duo Baptisteria/ Vnctuarium Hypocaustum/ & demum piscinam calidam Zetas/ stibadium/ & Heliocaminum. HERMOLAVS. Nullam putoue priuatam domum apud Romanos sine Balneorum congruenti ædificatione a priscis constructam fuisse. PANTHEVS. Hoc nobis indicat Architectorum diligentissimus Vitruuius: qui earum in domibus locum/ situm/ structuramqꝫ his describit uerbis: Balnearum primũ eligendus locus est/ quã calidissimus/ idest auersus a Septentrione/ & Aquilone: Ipsa aũt caldaria/ Tepidariaqꝫ lumen habeant ab occidente hyberno/ sin aũt natura loci impedierit: utiqꝫ a meridie/ qđ maxime tempus lauandi a meridiano ad uesperum est constitutum. & Item est animaduertendum uti caldaria muliebria/ uiriliaqꝫ coniũcta/ & in iisdem regionibus sint collocata/ sic enim efficietur? ut in uasaria Hypocausis communis sit eorum utrisqꝫ. Ahena supra Hypocausim tria sunt componenda. unum Caldariũ/ alterũ Tepidariũ/ tertiũ Frigidariũ/ & ita collocanda/ uti ex Tepidario in Caldariũ quantũ aquæ calide exierit/ in-

Sergius Orata

Balneaꝝ ędificatio ex Vitruuio.

fluat de frigidario in tepidariū ad eundem modū testudinesq; alueolorū ex cōmuni Hypocausi calefaciēt. Suspensuræ caldariorū ita sūt faciendæ: ut Primū sesquipedalibus tegulis solū sternat inclinatū ad Hypocaustum: Vti pila quom mittat non possit intro resistere sed rursus redeat ad præfurniū ipsa per se ita flāma facilius peruagabitur sub suspensione Supraq; laterculis besalibus pilæ struant ita dispositæ uti bipedales tegulæ possint supra esse collocatæ. Altitudinem aūt pilæ habeant pedum duorū hæcq; struant argilla cum capillo subacta supraq; collocentur tegulæ bipedales quæ sustineant pauimentū: Concamerationes uero si ex structura factæ fuerūt erunt utiliores. Sin aūt contignationes fuerint: figulinū opus subiiciat: Interior aūt pars quæ ad pauimentū spectat testa cum calce trullisetur deinde opere albario siue tectorio poliat. Nec cameræ in caldariis si duplices factæ fuerint: meliorē habebūt usum non enim uapore humor corrūpere poterit materiem contignationis sed inter duas cameras uagabit. Magnitudines aūt Balnearū uident fieri pro copia hominū. ALEARDVS: Suspensuras caldariarū quas faciendas docuit Vitruuius eas opinor quas balneas pensiles (si recte memini) paulo ante Panthee appellasti. PANTHEVS. Hæc sūt. ALE. Præter multa quæ de balneo recitasti: illud scire uehementer cupio: Quid sibi uelint pilæ quæ cū intro mittātur ad Præfurniū redeant. PANTHEVS. Hoc inter doctos inuestigatu dignum arbitror: nusquam hoc Alearde apud quēq; græcorum latinorumq; me legisse meminerim. Tamen ex ingenii captu quid de ea re conjiciam enarrabo tuūq; post narrationem subibo iudicium. ALEARDVS. Enarra Panthee. PANTHEVS. Fiebant nanq; suspensuræ celarū in balneis (ut ex Vitruuio memorauimus) in quibus extruebant aream inclinatam ad fornacem. Vt quum intro mitteretur pila in præfurniū rediret.. HERMOLAVS. Hoc antea a te ex Vitruuii uerbis intellexerā. Sed quæro cur pilas in Hypocausim mitterent. PANTHEVS. Hic difficultatis nodus herculaneo implicatior nexu. Sed in mediū afferā qd sentio coniicio.n. teste Palladio eā pillarū imissionē fieri: ut flāma altū petendo celas calidiores faceret. ALE. Quonāmō? PAN. Ad Balnei ministeriū quēq; seruorū fuisse cōiecturādū est q languētes flāmarū globos mō una mō altera pila in Hypocausim coniecta & in gyrū p fornaculā acta excitaret. Scis enim flammas nullo mouente facile residere excitatione uero rursus cōmoueri: ut cecinit ingeniosissimus Ouidius dicens. Pilæ Balnearū.

Vidi ego iactatas mota face crescere flāmas:

Et uidi nullo concutiente mori:

ALEAR. Hoc fatent oēs philosophi motā.s. esse ipsius ignis animam. PAN. Istam pilarum commotionem in balneis innuere uidet Seneca in epistolis ad Lucillum de balnearum strepitu sic memorans: Si uero Pilicrepus superuenit: & numerare cœpit pilas actum est: HERMOLAVS. Nil de pilarū cōmotio

Pilicrep⁹ ne Seneca. PANTHEVS. Fateor iat de pilarum ministro i quem Pilicrepum appellat meminisse uidetur. Verꝫ manifestius id in Balnearum Etrusci descri/ptione Papinius indicat sic concinens:

Stati⁹ de Balneo etrusci. Q uid nunc strata solo referam tabulata crepantis
Auditura pilas i ubi languidus ignis inerrat
Aedibus: & tenuem uoluūt Hypocausta uaporem.

ALEARDVS. Satis Belle tuam hæc carmina sententiam de pilis confir/mant. HERMOLAVS. Hæc est excogitatio Panthee his rationibus præmu/nita ut difficile contradicentem admittat i nec quicq̄ de hac re industrius exco/gitari posse arbitror. ALEARDVS. Postq̄ nos Panthee architectante Vitru/uio Balnearum structuram edocuisti (si te non piget) & Plinium Iuniorem quem prius adduxeras i earum membra in Laurentina uilla collaudantem ex/planes. sunt illarum enim plurima nomina i & ut puto ex fonte græco detor/ta i quæ me hæsitabundum faciunt. PANTHEVS. Ohe Alearde i ea res aliū exposceret narratorem q̄ Pantheum i qui plus olei longioribus lucubrationibus consumpsisset i rem puto hanc etiam eruditissimis uiris difficillimā i tū quia uo/cabula sūt ex uberrima græcorum officina a nostris conformata i tū quia mo/dus antiquorum architectandi protinus noster æuo diuersus est i in totūq̄ non solum exoleuerit i sed etiam uetus mos ille occiderit i temerarium est i per aluei/nationem ariolari. ALEARDVS. Non irredarguendam Areopagitarum sententiam enūcies uelim i sed pro studiorum tuorum laboribus enitaris i quicq̄ de tuo bonarꝫ litterarꝫ promptuario in meum obsequium depromere. PAN/THEVS. Vt tibi morem geram i non uerebor periclitationis aleam subire: Prospicio tamen quod Anagyrum mihi moueam. ALEARDVS. Plus decoris q̄ dedecoris ex isthac enarratione consequeris. PANTHEVS. Q uę sūt potissimū Alearde i quæ de Balnearum membris scire percupias? ALEAR/DVS. Imprimis quid sit Hypocaustum. quo agnito reliqua seriatim interro/

Hypocaustū gabo. PANTHEVS. Erat Hypcaustū seu Hypocausis (utranq̄ enim apud auctores legere est) in Balneo locellus i quem nos fornaculam appellare possu/

Hypocausis: mus: in eo i nāq̄ ignis ad calorē faciendū accendebatur: unde illi nomen. καίω enim accendo dicitˀ: cuius uapor i & uasaria super imposita i & locū ad sudatio/nem calefaciebat. Q uare latine teste Cicerone uaporariū dicebatˀ. quoniam ex

Vaporariū eo ignis erūperet. Hinc Plinius ait: Applicitū est cubiculo Hypocaustū pexi/guū i quod angusta fenestra suppositū calorē (ut ratio exigit) aut effundit i aut retinet: Eiusq̄ os i Præfurniū nūcupatˀ. Præfurniū aūt esse fornacis os atte/

Præfurniū statur Cato libro de re rustica unico sic scribens i fornacē calcareā pedes latā fa/cito. x. altam pedes. xx. usq̄ ad pedes tres summam latam redigito si uno præ/furnio cōcoques i lacunā intus magnā facito (uti satis fiet) ubi cineres cōcipiat. ne foras sit educēdus i si duobus p̄furniis coques: lacuna nil opus erit i quom ci/

nere eruto opus erit: altero præfurnio eruto: in altero ignis erit. ALE. Vide quã bene agas Panthee. hæc mihi: & fortasse multis obstrusa plana enucleatiõe ope ris: quid isthæc tui ingeni dissimulatio? PAN. Ita mihi Deus benefaxit. nulla in me est dissimulatio. Verum pertimesco: ne temeritatis damnet. HER. Vana isthæc religio est: fide (ut aiunt) mercaris græca. nil nisi grauissimorum au/ctorum testimonio corroboratũ in medium adducis. ALE. Ita est. sed pergam interrogationem meam Panthee. quæ erant uasaria illa. PAN. In quibus ad Balnei usum aqua asseruabatur: Primum Caldarium in quo Calida: Alterum tepidarium in quo Tepida: Tertium frigidarium: in quo frigida continebatur illis nomen erat Miliarium: cuius forma teste Palladio alta: & angusta fue/rat. Solet id aut ponderis aut spacii esse uocabulum: hinc dicũtur porticus mi liariæ: quæ in mille passus tendebantur: Miliarium insuper locus Romæ dice/batur. ad quem romani fori uiæ plures terminabantur. hinc forte miliaria por ticus: in quam multæ porticus coniux procurrebant: ALE. Cur illi miliarium nomen? PAN. A mile librarum capacitate arbitror: uti calices potorios trien/tes: deuncesq; a libræ parte appellitamus: id etenim græce Ipnolebetes dicitur quasi fornacis ahenũ. iπνος si quidem fornax dicitur? ALE. Bene est Hermo lae. ex Pantheo Paulatim eruditior fio. HER. Ea quoq; audio: quæ me raro: uel nunquam ab aliis audiuisse meminerim. ALE. Non minori desiderio Pan thee abste scire cupio: quæ essent Baptisteria in balneo: PANTHEVS. Di/cam: erant in cœlis balnearum lacus quidam: uel solia ex ligno: marmore ue: in quibus magis anguste quam in piscinis lauandi gratia immergebantur: unde & nomen illis. βαπτίζειν eni imergere dicitur: ALEARDVS. Ergo in tem plis nostris Baptisterium: in quo Christiano ritu initiandi infantes: nomenq; re cepturi trina immersione purgantur hinc dictum est? PANTHEVS. Nulli hoc dubium: sed in ueritus sim nimiam uagandi licentiam: præterq; operis no stri institutum: Rem alienam interserere: ostendam hanc quoq; lustrandi pue/ros natalicis diebus consuetudinem apud antiquos fuisse: eumq; diem ab illis Lustricum appellatum. ALEARDVS. Non absurdum erit hoc nescientibus palam fieri. PANTHEVS. Audite Macrobium sic dicentem: Est etiam Nũ/dina Romanorum Dea a nono die nascentium nuncupata. qui Lustricus di/citur. Est autem dies Lustricus. quo infantes Lustrantur. & nomen accipiunt: sed in maribus nonus: octauus est fœminis. HERMOLAVS. Ancipitis con/silii sum. Quid de hac asseueratione credam. non multam fidem gentili: & Profano auctori præstiterim. PANTHEVS. Quando quidem nostros non habeo: ethnicos sector? ALELEARDVS. Licet nusquam hoc antea a quo/quam audiuerim: Macrobii tamen citatio facile aures meas in credulita/tem permulcet. PANTHEVS. Audite quæso & plutarchum in suis proble/matibus conquirentem: cur maribus nono die: fœminis octauo. Nomina anti/

Vasa Bal neaȝ.

Miliariũ uas

Porticus miliariæ
Miliariũ
Ipnolebe/tes.

Baptiste/ria Balnei

Baptiste/riũ xp̃anũ

Lustricus dies

Nũdina Dea anti/quoȝ

Lustricus dies

qui imponere consueuerũt:sic inquit ille: An si prius fœminis nomina impo/
nũt.causam sustinet natura:& augetur fœmina:& crescit:& adulta perficitur:
antequã masculus.Dies autem eos potissimum capiũt:qui septenarium subse
Septim9 dies picu:losus in/fantib9. quũt.Septimus enim dies cum in cæteris:tum ad umbilicum infantibus nu/
per editis periculosus esse consueuit:nam septimo die plerisq; resoluitur.ALE:
Hanc ferme sententiam tenet Aristoteles.Veteres inquit ille nato infanti no/
men ante diem a Natiuitate septimum non imponebant:quasi non prius sa/
luti destinato:nanq; & in matrice semen,& natus infans absui ortu plurimum
infra diem septimam periclinatur.HER. Plutarchi & Aristotelis Testimonio
probasti.Post septimum diem infantibus nomen imponi.Sed quæro cur no/
Non9 di/es mascu:loꝝ est Octauus fœminaꝝ nus masculorum:Octauus fœminaꝝ fuerat.ALE.Nusquam hoc lege. HER.
Tu Panthee?PAN.Duas affert causas Plutarchus sic differens? An sicut Py/
thagorici numerum parem fœminam uocant:marem imparem fœcũdus est.
Et compositum parem uincit:& in unitates diuiditur par numerus : quasi fœ/
mina locum in medium uacuum præbet : imparibus uero numeris pars ali/
qua plena semper relinquitur:quo fit.ut alterum fœminam:marem autem alte
rum esse putent.HER.Rationi consona est hæc Pythagorica diuisio . PAN.
Quæso audite eiusdem auctoris ultimam rationem.sic inquit:An ꝙ in nume
ris nouenarius primus est.Tetragonus ab impari:& perfecto ternario.Octo/
narius aũt primus cubus a binario numero:quem parem esse constat.oportet
aũt quadrangulũ esse:& imparem:& perfectum:Vxorem autem sicut cubum
Cubus stabilem:& domi seruantem:& immobilem.Illud:& adiũgendum Octonariũ
numerum cubum esse:qui a binario componatur:Nouenarium uero quadran
Mares tribus fœminæ duob9 noib9 co/gnominabant gulum esse:qui de ternario conficiatur:Vtunt autem duobus nominibus fœ/
minæ:mares uero tribus?HER.Optime sensit Plutarchus qui perfectum nu/
merum maribus:imperfectum fœminis attribuerit.ALE.Perquam optime in
quam quom fœmina nihil imbecillius:nihilq; imperfectius sit:HER.Iam Pan
thee ad rem de Balneis:ut Alerado satisfacias:quid suspicis?PAN . Non satis
memini:Vnde discessimus?ALE.De Baptisteriis agebamus.PAN:Ah iam te
neo:Aedificabant igitur baptisteria:ut dicebamus in celis.i.locis secretioribus
domus:quaꝝ altera Caldaria in qua calda:altera frigidaria in qua frigida laua
bantur:quod ostendit Plinius dicens:Cela frigidaria in qua est baptisteriũ am
plum:& opacum:Idem testatur alia epistola sic inquiens:Inde balnei cela frigi
daria spaciosa:effusa:cuius in contrariis parietibus duo baptisteria uelut eie/
cta sinuantur abunde capacia:HER.Summis erat in delitiis apud antiquos
hæc lauandi consuetudo : ALE . Est & nostro æuo apud regulos quosdam:&
principis:Sed Panthee Pauloanto ea subrisisi:quæ de piscinis attulisti ꝙ hæ ho
Piscinæ Balneaꝝ minibus lauandi usum præstarent.quom semper audiuerim piscinas eas esse:
quibus ueluti in uiuariis pisces coercentur:PAN.Nõ eo inficias(illas quas di

cis esse piscinas/unde & illis nomen est/sed consuetudo deinde inualuit/ut omnia natatoria/Piscinas dicamus/Audi Plinium a me sæpius repetitum de membris uillæ sic enumerantem : Cohæret calida piscina mirifice: ex qua natantes mare aspiciūt:Item alibi/si natare latius/aut tepidius uelis/in area piscina est/ in proximo puteus/ex quo po?sis rursus astringi/si pœniteat temporis.HER. Hoc attestantur/& sacræ litteræ/quæ autumant Hierosolymis fuisse probaticam piscinam quinq; porticus habentem/in cuius undis diuinitate cōmotis in urinantes cæci/claudi/aridi in rectam ualitudinem redibant. ALE. Cur illi nomē probatica? HER.Q uoniā in ea sacerdotes προβατα hoc est oues/ ad sacra purgarent.ALE.Sūt alia Panthee/quorum non modo nomen/uerum & usum ignoro.PAN.Q uæ? ALE.Q uid enim sibi Helio caminus ? PAN. Q uantum ex Plinio elicere possum.cameratum locum fuisse coniicio ex specularī translucente testa.in loco aprico/qui solares radios ab ortu ad occasum admitteret.Vnde illi nomen ηλιος.enim sol interpretatur. καμινος fornax: cuius periphrasim sic innuere uidetur Plinius dicens Idem cubiculum hyeme tepidissimum quia plurimo sole profunditur.Cohæret Hypocaustum.ut si dies nubilus immisso uapore / solis uicem supplet:Et illud puto quod alibi idem Auctor Hybernaculum appellat sic enumerans:Huius cubiculi/& illius Triclinii obiectu includitur angulus qui purissimum solem continet/ & accendit hoc Hybernaculum/hoc etiam Gymnasium meorum est.ALE . Tam dilucide omnia Panthee.declaras/ut maior mihi interrogandi sitis succrescat.PAN.Caue Alearde ne diuitius/& plus æquo his imorati/quod instat absoluere nequeamus.ALE.Duo si a te cognouero de his membris finem faciam:PAN.Q uæ sūt? ALE.Primū quæ sint Zetæ/deinde quid stibadium:PAN. Nodos in extricabiles obiicis:Tamen quid sentiam accipe Zetas ego uti ex iunioris Plinii lectione auspicari possum/loca in ædibus ad omnem animi/& corporis amænissimam uoluptatem fuisse arbitror/& ut plurimum in ædium extremo recessu constructas/alia inter se membra continentes:Plinii nanq; talis est lectio/In capite Xysti deinceps crypto porticus horti Zeta est. Amores mei : Re uera amores/ipse posui:in hac Heliocaminus/quidam/alia xystum/alia mare/ utraque soles/cubiculum autem ualuis/Cryptoporticum fenestra prospicit / mare contra parietem medium Zeta perquam eleganter recedit:Q uæ specularibus/& uelis obductis/reductisq; modo adiicitur cubiculo modo aufertur:Lectum/& duas cathedras capit.Iunctum est cubiculum noctis/& somni/non illud uoces seruulorum/non maris murmur/non tempestatum motus / non fulgurum lumen.ac ne diem quidem sentit nisi fenestris apertis tam alti abditiq; secreti est : Paulopost sic addit .In hanc ergo zetam quom me recipio abesse mihi etiam a uilla mea uideor/magnamq; eius uoluptatem ecce saturnalibus præcipiue capio.quom reliqua pars tecti licentia dierum / festisq; clamoribus

Probatica piscina

Heliocaminus

Zeta loc⁹ ex Plinii dscriptōe

perſonat:nam nec ipſe meorum luſibus:nec illi ſtudiis meis obſtrepunt: Item alia epiſtola ait contra mediam fere porticum zeta parum recedit. Cingit are olam quæ quatuor Platanis inumbratur. Inter has marmoreo labro aquæ ex/ undant circũiectaſq; platanos. & ſubiecta plataniis leni aſpergine fouet: eſt in hac zeta dormitorium, quod die clamorem: ſonumq; excludit: ALELEAR/ DVS. De Zetarum ſtructura certior factus ſum Panthee: ſed cur hoc nomine

Zeta uñ: appellatas cenſes? PANTHEVS. A Litteræ. Z. forma cenſuerim eiuſdem au ctoris indicatura: qui & porticũ rotundam in. O. litteræ ſimilitudinem circũ/ actam deſcribit: quæ paruam ſed feſtiuam aream includit: Ad eundem mo/

Sphæri/ ſterion. dum memorat in angulo cubiculum in aſpida curuatũ. Sphæriſterion quoq; in Sphæræ circinationem factũ: quod plura genera exercitationis: pluriſq; circulos capit: Hæc igitur figura ſua quæq; traxere nomenclaturam. HER/ MOLAVS. Sic exiſtimandum eſt. PANTHEVS. Vel zetam quoq; non a forma tantum: ſed quom fuerit apud priſcos donclauæ: quod Heliocamino: tabuliſq; excalefaceret. παζα τοζεω hoc eſt a feruore dictum exiſtimare

Stibadiũ poſſumus. ALEARDVS: Porro Pãthee qd de ſtibadio? PANTHEVS. De ſtibadio? alium in antiquorum ædificiis omni amœnitate uallatum locum pu tauerim: quod nuſquam ſatis a me citatus idem auctor Plinius in hũc modũ depingit: In capite ſtibadium candido marmore uite protegitur: Vitem qua/ tuor colũnellæ cariſtiæ ſubeũt e ſtibadio aqua uelut expreſſa cubantium pon dere ſiphũnculis effluit. Cauato lapide ſuſcipitur. gracili marmore continetur: atq; ita oculte temperatur: ut impleat: nec redundet: ALEARDVS. Peream ſi non hæc graphica uoluptas me in id amœnitatis ad meridianam quietem alli/

Stibades herbæ ciat: ſed unde illi nomẽ Panthee? PANTHEVS. Ab herbis quas græci ςιβαδας appellant: illis enim toros ſternere maiores ſoliti fuerant. ALEARDVS. Quid enim deſcriptio ſtibadii ex candido marmore cum lectulo? PAN/ THEVS. Quod ſtibadium illud in lectuli ſpecie exculptum fuiſſet: hac de cauſa fit ut multi uoluerint ſtibadium apud antiquos cœnationem fuiſſe: quæ octo caperet conuiuas: quam uiſus eſt Martialis hoc diſticho comprendiſſe: ac cipe lunata ſcriptum teſtudine ſigma octo capit: ueniat quiſquis amicus erit.

Lectiſter/ nia. Hxaclinõ ALEARDVS. Non uideo cur ſtibadium cænationem ex his carminibus ap pellare poſſint PANTHEVS. Ea puto coniectura: q; lectuli in cœnationibus uetuſto more ſterni conſueuere: unde & lectiſternia dicta: & Hexaclinõ: apud illos cœnatio erat: quæ ſex caperet lectulos. ALEARDVS. Hoc mihi ſubit: PANTHEVS. Alii uero hanc cœnationem non ſtibadium: ſed ſigma dictũ

Sigma ex Lãpridio uoluere. Lampridio atteſtante qui de Heliogaballo ſcribit: q; primus inuenit ſi gma in terras ſternere q; q; de croco ſigma ſtrauerit: quom ſummos uiros uo/ caret ad prandium: & alibi ait: Habuit hanc conſuetudinem ut octo caluos ro garet ad cœnam: & octo luſcos: octo pædagogos: octo ſurdos: octo nigros: octo

longos/octo pingues.quom capi non possent uno sigmate.HER.Fuit hæc Pã thei enarratio nõ minus iucũda/q̃ scitu digna.ALE.Tibi debeo Pãthee.tũa.n. explanatione de balneis eruditior factus sum:Obstupesco/te/tã tenero æuo tot oratores/totq; poetas euoluisse.HER.A prima pueritia operam/&c oleũ in huiusmodi elucubrationibus consũpsit Pantheus.sed dicas quæso Alearde q̃ tanta maioribus nostris lauandi libido? ALE. Non tantũ ea res uolũptati fuit/quantũ ut pridianas ingurgitationes facilius crudi concoquerent. PAN. Hac de causa Plinius senior seueriore censura tales insectat̃ his uerbis: Igit̃ balneas ardentes his temporibus medici quidam instituerũt:qbus persuasere cibos concoqui/ita ut nemo non minus ualidus exiret.obedientissimi efferũt̃ ad sepulchrũ.ALE.Hoc quoq; nostro æuo sæpius contigisse uisum est. PAN. Eos perstrinxit acri morsu satyricus aquinas dicẽs:

Plinii taxatio in lauãdi libidinem.

Iuuenalis taxatio in eosdem

Pœna tamen præsens/quom tu deponis amictus
Turgidus/& crudũ pauonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes/atq; intestata senectus.
It noua/nec tristis per cũctas fabula cœnas.
Ducitur iratis plaudendũ funus amicis:

ALEARDVS. Est ne in promptu Alearde apud uos legere: si uetustissimi hoc lauandi genere uti consuerunt? ALEARDVS. Non memini/quod sciam/nisi ualitudinis gratia/quicq̃ habes Panthee? PANT. Habeo. ALE. Edet nusq̃ ad tuos auctores confugis incassum.PAN.Legimus Senecam in epistolis ad Lucillum hoc pacto scribentem:Scipio Aphricanus linterni uolũtarius exul in uilla quadrato lapide structa balneolũ angustũ/& tenebrosum habuit/quod non uideret̃ calidum nisi obscurũ:& in eo siqdem angulo Scipio Carthaginis ille horror abluebat/corpus laboribus rusticis fessũ/quom se opere/exercuisset terramq; (ut mos fuit priscis) ipse subegisset.HER. His imperatoribus non ad delitias/sed ad labores natis penetrauit ad extrema terræ/pelagiq; Romanũ imperiũ.PAN.Hinc oblata occasiõe auctor idem in balneorum sui æui inuehitur luxuriam:At nũc(ait)quis est:qui sic lauari sustineat?Pauper sibi uidetur:ac sordidus:nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserint/nisi Alexandrina marmora numidicis crustis distincta sint/nisi illis undiq; operosa/& in picturæ modũ uariata circũlitio prætexit̃/nisi uitio abscondit̃ camera nisi tarsius lapis/quondam rarũ in aliquo spectaculum templo piscinas nostras circundedit/in quas multa sudatione corpora exanimata demittimus. HERMOLAVS. Cum Iuuenale/& Plinio conuenit Seneca. ALEARDVS.In eandem non tam austera castigatione/quam simplici ueritate deriuant sententiam. HERMOLAVS. De hac balnearum luxuria adhuc Seneca?PANTHEVS.Plura inquam. HERMOLAVS. Perge. PANTHEVS. Nisi aquam argentea epistomia fuderint:& adhuc plebeias fistulas loquor: Quid

Balnea Scipionis Aphricã.

In balnearũ luxuriã ex Seneca

quom ad balneas libertinorum peruenero? quantum statuarum! quantum co lumnarum est nil sustinentium! sed in ornamento positarum impensæ causa quantum aquarum per gradus cum fragore labentium? eo deliciarum perue/ nimus: ut nisi gemmas calcare nolumus. HERMOLAVS. En quo prolapsa fuerat luxuriosorū effrænata libido? PAN. E diuerso audi Senecam eadem le ctione frugalitatem antiquorum! modestiamq; summis præconiis efferentem At olim inquit pauca & blactaria balnea erant: nec ullo cultu exornata. quom enim exornaretur res quadratoria: & in usu: non oblectamentum reperta: non suffundebatur aqua: nec recens semper uelut ex calido fonte currebat. Sed dii boni quā iuuabat illa balnea intrare obscura: & gregali tectorio inducta: quæ scires catonem ædilem tibi: aut Fabium Max. aut ex Corneliis aliquem manu sua temperasse. Nobilissimi. N. ædiles in ea loca populum receptabant exigen diq; mūdicias: & utilem: ac salubrem temperaturam: nec intererat Scipionis: an sæpe turbida aqua: ac quom plueret luculenta: brachia & crura q̄ scilicet for des opere collegerant: lauaret: uniebat enim ut sudorem illic ablueratnō ut un guentum. HERMOLAVS. hac merito de causa crediderim inceptatum la/ uandi exordium. ALEARDVS. Est profecto Senecæ in priscos approbatis/ sima cōmendatio: & in sui temporis mollissimos mores quam uerissima taxa/ tio. HERMO. Alearde Præter quam ad diluendas sordes: & coquendam cru ditatem: alia salubritate balnea suppetias afferūt? ALEARDVS. Afferunt inquam in eliciendo sudore: quem non modo calida humectatio: sed & siccus calor multis cit modis. HERMOLA. Quibus? ALEARDVS. Siccus calor est (ex Cælsi sententia) & harenæ calidæ: & Laconici: & Clibani. Præter hæc soli quoq; sudationes mouent: & exercitatione. HERMOLAVS. Quo nam id fiat pacto: ut harenæ æstu qs sudet? ALEARDVS. Ex medices artis auctoribus facile factu est: illa enim uel fluuiali: uel marina: quæ ob aridiorem siccitatem aptior est. Nudatus quis obruitur: aut inspergitur: Cuius fomento exoritur sudor. PANTHE. Commodius mea qdem sententia Instruit Cæl/ sus huiusmodi desudationem: qui inter cætera fomenta calida addit milium: Sal: Harenam: & quodlibet eorum calefactum in linteum coniectum circun/ dari iubet. HER. Hoc magis consentaneum est. PAN. De Marinis tamen aquis agens Plinius non prætertiit Harenę medicinam sic inquiēs. Nec non ha rena littorꝝ maris præcipue tenuis: & solibus candens in medicina est siccādis corporibus coopertis Hydropicorum: aut Rheumatismos sentientiū. HER. Sed hanc harenosam sudationē arbitror a medicis raro usurpatā. ALE. Vsur pant quidē si eāmorbi qualitas postulet. PAN. Inhuius sudoris testimonium Paulus Aegenita grauissimus: solertissimusq; artis medicæ doctor græcus enu merat εμ πτω περι υδερων idest in capite de Hydropicis iter alia fomēta το ψαμμισμου παρα πον ψαμμου. hoc est sudationē per harenam

Seneca

Lauatio modesta antiquorꝝ

Aediles ad tēperā das balne as.

Sicci ca/ lores quō ciunt.

Sudatio p Harenā

Plinius d Harenæ medicina

Paulus Aeginita de harenę sudore

sic iqt ille: μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τοῖς αὐτοφυέσι χρηστὸν ὕδασιν ἐπιμόνως. καὶ τῷ ψαμμισμῷ τῶν δὲ ἄλλα λουτρῶν αὐτοῖς ἀφεκτέων. Q d latine sic reddit. Post hæc utēdum naturalibus aquis calidis diu: & Harena. ab aliis autem Balneis abstinendum: Item alibi idem auctor χρησθῶσαν καὶ τοῖς αὐτοφυέσι τῶν λουτρῶν καὶ ψαμμισμοῖς qd & latine sic sonat: utūt naturalibus balneis: uel harenis. HER. His attesta tio nibus de harenæ sudatione contenti sumus: sed quid de laconica Aleardes? ALE. Nusq̄ apud nostrates repperi: quod meminerim: Tu Panthee quicq̄ habes: PAN. Laconicum sudorem: in uaporario fieri puto: quod Vitruuius archi tectans in hunc modum describit: Laconicon sudationes: quæ sunt coniungē dæ tepidario: æque q̄ late fuerint: tantā altitudinem habeant ad imā curuatu ram hemispærii: mediumq; lumen in hemispærio relinquatur: ex eoq; clypeū æneum cathenis pendeat: per cuius reductiones: & demissiones perficietur su dationis temperatura: ipsumq; ad Circinū fieri oportere uidetur: ut æqualiter a medio flammæ: uaporisq; uis per curuaturæ rotundationes peruaget. HER. Vt omnia quadrata ad regulam: sic Laconicam curuaturam ad Circinū curio se exfabricatus est Victruuius. PAN. Hanc ædificationem suis historiarum monumentis non præteriit Dion sic tradens. Laconicū in urbe Pyraterium (sic græci ab igne dicunt: nos uero Vaporarium seu sudatorium appellare possu mus) ab Agrippa ædificatū est. HER. In hæc quoq; tēpora (nūc repeto Alear de) propter plures thermas Romæ talia concamerata membra licet semicolla psa conspicere est. ALE. Pari modo & præclarorum uirorum: & magnificorum ædificiorum irrecuperabilem fecere Romani iacturam. HER. Nulli facile di ctu quantam fecerunt. PAN. Non deest accumulatum. L. Columellæ testimo nium: qui in primi libri præfatione sudorem Laconicū his uerbis insectatur: Attonitiq; sic miramur gestus effæminatorum: q; a natura sexum uiris dene gatum muliebri motu mentiantur: decipiantq; oculos spectantium. Mox de inde: ut apti ueniamus ad ganeas quotidianam cruditatem Laconicis excoqui mus: & exusto sudore sitim quærimus. HER. Insana profecto uoluptate tene bantur: ut guttur sicco ardore exurerent. Quo suauiore uini eligmate arētem palatum diluerent. ALear. Insulsa sane fuerat ea oblectatio. PAN. Hanc ean dem seueriore censura taxat Seneca sic ad Lucillū scribens: Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cū sudatoriis: in quæ siccus uapor corpora exhau sturus includit: ut oīs sudor p laborē exeat. Her. Manifesta est his auctoribus Laconica sudatio. AL. Hoc Pāthco Hermolae debere igenue fateor: nec pudo ri dabo ab illo Iuniore: & a medicinæ peritia alieno: me hęc iā ānis igrauescētē didicisse: eiq; semp acceptū referā: ne igrati hoīs nota pstringar: uerū Panthee unus mihi restat scrupulus. PAN. Quis? AL. Qua nā de cā Laconicū dicat id sudationis genus. Her. Hoc itidē q̄rebā. AL. Diis gr̄as: q; nō solus hęsitarā.

Laconica sudatō ex uitruuio

Dion de Laconico Vapora rium Sudato rium.

Columel la de laco nico.

Seneca de laconi co.

Laconica sudatio uñ dicta

PANT. Putoq͂ʒ hoc uapore exhausti: mox perūcti frigida lauabant. HER. Non hoc coniectura: sed citatis testibus comprobandū est. PAN. Id faciam: præter memoratū Dionem: qui Lacedęmonios nudos: unctosq; frigida lauisse Præ cæteris testatur. addam Martialem: Venia tamen tua Hermolae: eo epigrammate ad Oppianū: quo morem Laconū signanter his expressit Rhythmis: Ritus si placeant tibi Laconū: Contentus potes arido uapore cruda uirgine: Martiaq; mergi. HERMO. Et si Martialis hunc ritum apertissime decantet: Cites quæso Historiographoȝ ex approbatis quēquā: cui pleniorem q̄ Poetæ fidem adhibeam. PANTHEVS. Citabo. est ne tibi satis probatus Plutarchus? HERMOLAVS. Probatissimus. PANTHEVS. Audi ergo ipsum in Alcibiadis uita hunc in modū scribentem: Nam quom uiderent Lacedæmonii Alcibiadem ad tondendam usq; ad cutem Barbam more laconico tonsores adhibere: & frigidis Balneis uti: & duro pane: nigroq; iure uesci: uix adduci poterant: ut crederent eum esse uirū: quem acceperant. & omni deliciorū genere fuisse uersatum. ALEARDVS. Non minus scite q̄ eleganter utrunq; de laconico sudore absoluisti Panthee: his enim non fluxæ fidei astipulationibus percepi quæ sint laconicon sudationes. Q ua ue de causa id sortita sint cognomen. HERMOLAVS. Hæc Panthee inter nostras iuges lectiones nusquam me legisse commeminī. PANTHEVS. Nec iniuria: quom tecum nefas sit legere: nisi quæ seuera priscorum patrum censura digna sint: Ego uero hæc quæ a plurimis profana habentur seorsum succissiuis horis furtim euoluo. HERMOLAVS. Tuis iuuenilibus annis non uitio damus tuam isthanc opinionem. ALEARDVS. Immo probandā puto. quis nobis in hoc recessu tam commode: tam curiose: accumulareq; tot scirpos enodasset: nisi Pantheus: aut quispiam alius: qui scriptores ethnicos tum graios: tum latinos solerti inuestigatione excussisset? HER. Deciperis nimia Alearde in Pantheū beniuolentia. ALE. Non fallor. amicus Plato. sed magis amica ueritas. HER. De Pātheo satis: sed ad eā a qua discessimus redeamus dissertationē. PANT. Satius erit. HER. Tertius ex Clibani uapore restat sudor. ALE. Est non nimiū obscura hæc perscrutatio: quæ in oculis omniū est: quom quotidianus illius usus ubiq; fere gentiū frequens sit. HERMO. Est si quidem: ut in publicis balneariis cernere par est: ubi undiq; circūsæptum: & stipatum conclaue angularem fornaculam continet: cuius arido ignis interclusi æstu sudores affatim excitantur. ALEAR. Non mihi parum sapere uidentur germanicæ arctoi axis gentes: gelidumq; Bootem patientes: qui his stipatis concamerationibus septę non modo sudorem ad ualitudinem eliciunt: sed horrida regionis gelicidia igne: comesatione: crebroq; symposio q̄ diligentissime repellunt. HERMO. Ex Aquilonaribus iugis corruit in Italicam planiciem hæc insanabilis contagio. PANTHEVS. Ex plurimis Priscoȝ Balneoȝ modis hūc unū in no/

Martialis de more laconū

Plutarchus de ritu laconū

Clibani sudatio

stra secula defluxisse crediderim:quādoqdē & illi concameratā sudationē habuere:in qua ut conieċtor erat fornacula quā græci Clibanū diċtitant. ALE: Q uispiā ne tibi Panthee asseueratione astat patronus? PANTHEVS. Non deest uitruuius nusquā incassum a me uocatus.qui tā describens sic innuere uidet: Proximis inquit aūt introrsus e Regione frigidarii collocetur cōcamerata sudatio longitudine duplex q̄ latitudine habeat in uersuris ex una parte Laconicū ad eum modū uti suprascriptū est) Compositū & aduerso Laconici caldam lauationem. ALEARDVS. Optimū Patronū Panthee tibi asciuisti: eo enim Patrocinante pro te semper deciditur.statq; tibi controuersiæ palma. PANTHEVS. Asciscam & alios:ut certior fias assam sudationem ad quē dixi clibanū faċtitatam:de qua sic meminit Celsus scribens. Tremor aūt membrorum æque uomitu medicamentisq; urinam mouentibus intenditur inimicaetiā habet balnea assasq; sudationes ALEA. Locupletissimus testis tibi est. Cælsus.PAN. Locū quoq; Assæ sudationis enumerat Cicero scribens ad.Q. Fratrem in hūc modū:In Balnearis inquit Assa in alteṝ Apodyterii angulum promoui.ALEAR.Mirū est ex tot Balneoṝ illecebris solam Clibani sudationem perpetuo tenore ad nos posteros demandatam.PANTHEVS. Omniū enim uulgatior quom populis usitatissima fuerit:nulla æui q̄uis longi interca pedine aboleri potuit.HERMOLAVS.Sat de Harenæ Laconici Clibaniq; siccis sudoribus:Si reċte memini Aleardė præter hos sudoris modos reliquos duos esse affirmasti.Sole scilicet & exercitatione. ALEARR. Ita est.HER. Admiror maioṝ nostroṝ ingenia quom Balnearia mirūimmodū obleċtent: omnibusq; mensibus in promptu esse possint:Cur homines potius uoluerint inurente Sole utiq; superne decoqui cū impēdio ad ciendū sudorem. ALEA. Est Hermolae tua hæc percuntatio non inscita:In caldariis enim licet sit gratior elicitus sudor Tamē teste Aristotele illi utilior est qui labore magis q̄ spōte prodierit.HERMO. Cur ita? ALEAR. Q uia labores superexcrescentem humorem exhaurientes Carnem efficiūt sicciorem ut cauernæ foraminū sanitati sint opportunæ & per caloris transmissionē fieri nulla possit obsceptio. Sudores aūt spontanei appellati Q ui ex necessitate oriunt̄:quom.s.foraminibus naturę ab īmodico hūore cōfusis Calor nō oīno occupat̄ hoc uincit̄.sed repugnare adhuc extruderēq; humorem pōt:hi reċte pro signis morbi habent̄ futuri.HERMO.Cur ita sub Sole? ALEAR.Q uia maiori cū labore is sudor est:qui sub sole nudo corpore currenti ꝑdierit.:HERMO.Cursantes igit̄ sub solari æstu sibi sudorē mouēt? ALE. Vtiq; nā nisi admodū qs cursum non intenderit sudare nō poterit qui nudus:sicut cōtra qui uelamine quopiā tegit̄ celeriter sudat.quom uestiū obsæptu parua etiā cōcitatione sudorem mouet. HER.Cur stātes sub ardētibus solaribus radiis nudi nō sudāt? quom corpora nudata magis forinsecus sole desup̄ coquant̄ q̄ quæ uestibus adoperta sunt?

Fornacula Clibanus

Concamerata sudatio ex uitruuio.

Assa sudatio

Sudatio per Solē

Sudor spōtane9.

ALEAR. Quia solis uehemens calor corporis nudi porros urendo comprimit ueluti ignis primo quocyssime adhibitus carnem cutisque summam siccionem occupans uritiatque in Teste modũ indurat: quæ quom talis reddita sit sudorem arcet obtruditque. HER. Cur igitur nuda semper facies maxime sudat? ALE. Quia laxa humida soluta que maxime est: & ideo sudori se per uiam exhibet: caput enim humoris fons est. hinc Pilorum lasciuia sedem hanc ob humiditatis conceptaculũ possidet locus que rarus est. ideo facilem præstat ad sudores aditũ: Vnde fronte primũ sudamus: quom ea capiti statim subdita sit. HERMO. Aestate ergo magis desuper exurente sudorem commouendũ censes q̃ hyeme? ALEAR. Hoc non ego uerum Philosophorum Princeps Aristoteles censet? HERMO. Cur? ALEAR. Quia licet corpora æstate sicciora sint sudori tamen magis patent & propter corporum laxitatem non multus naturæ calor continetur: humoresque proinde resoluere in spiritum potest. HERMO. Quom hyeme humidiora sint cur non magis sudationi apta uidentur. ALE: Quia per frigus parte exteriori densata corporum calor frequẽs naturæ coercitus humorem minime in spiritum resolui patitur: Aestate & enim humores caloris uehementia omnes potius putrescunt: quapropter sudor exhauriendus est. & quom humor intus nocet is arte digerẽdus est. HERMO. Cur non hyeme æque sudandum est? ALEARDVS. Facilis redditur ratio: quia temporis huius status salubris est. qui autem mouet. sudorem labefactat confuditque corporis habitum: ac eundem laxiorem q̃ conueniat reddens simul & intimum calorem educit diminuitque: ut non æque gelido cœlo possit resistere: & humor externus expeditius se corporibus inserit: quom laxiora iam foramina propter sudationẽ habeant: Hinc est ut sudor magis putridus sit æstate quia per id tẽpus extrarius præualet calor: ex quo fit ut singula in æstate putredinem sentiant: HERMOLAVS. Hæc mihi de sudore eo gratiora fuere quo nusquã ab alio relata cognouerim: ALEARDVS. Heus Panthee nil ex tuo promptuario de sudore profers? PANTHEVS. In hæc philosophantiũ uireta in quibus huiusmodi fructus decerpere nulli Poetarum Oratorum ue me hactenus deduxerant: quę non reposuerã exprumere nequiui: ideo in hoc campo spectator te eque quosque tuos desudare ad lassitudinẽ usque taciturnus siui: quando ad hoc duellum inermis uelitaturus accesserã: Temeritatẽ arbitratus ad ignoratos rhythmos ducere choreas: Tamen hanc solis sudationẽ apud Priscos factitatã certo crediderim: tum quia Paulus Aegenita a me ante recitatus inter alias exercitationes εν τω περι ρού γυναιχειον. i. in capite de Profluuio muliebri τον ηλιωσιν παρα του ηλιου. i. a sole enumerat Solis exercitationem: Tum quia apud Iuniorẽ Plinium de Auũculo suo me legisse meminerim q æstate si quid ei ocii erat in Sole iacebat. post solem plerũque frigida aqua lauabatur: Deinde gustabat dormiebatque minimũ. HERMO. Admiror

Faciei facilis sudatio

Sudatio salubrior æstate q̃ hyeme.

Sudatio hyemis mala:

Res facile æstate putrescũt

Heliosis

Plinium litterarum ocio addictum in sole iacuisse:& frigida lauisse.PAN. Non solum eum litterarum studiis mancipatum ad iudices:Quandoquidē attestantibus praeclarissimis auctoribus ille in omni uitae actione exercitatissimo corpore fuerit: Primis enim annis causas aliquādiu actitauit:amicitia principū usus maxima officia gessit:Imprimis delegata ab Imperatore Vespasiano:Equestribus militiis industriae functus est:Procurationes quoque splēdidissimas atque continuas summa integritate administrauit Misenensis classis pfectus.quom Vesuuii flagrantis desiderio Liburnicis aduectus esset. Ibidem ui pulueris:ac fauillae oppressus est annum sextum & quinquagesimū agens:HER.Mirum hūc uirum tot:talibusque occupationibus implicitum diffusum illud:atque eruditissimum naturalis historię opus non tam breui:q̄ Terso elegantique stilo absoluisse.PANT. Admirabere magis:si epistolam Iunioris Plinii ad Marcum lectitaueris:qua praeter id diuinum opus supra quinque & sexaginta equestriū: Oratoriarūque institutionum:historiarum:aliarūque rerum libros cum accuratissime scripsisse cognosces.ALE. Neminem quieto quāuis spaciose uitae ocio tanta cōscribere posse putarim:ne dicam occupatum:Quid Hermolae? Dii: non homines fuerant.HERM.Vera narras? Sed quid illa Plinii sub sole saepicula statio Alearde? Quid ue frigida lauatio? ALEAR.Quom omnigenā rerū doctrinam calleret Plinius:non id ab eo temere factitatum putauerim: nouerat enim sui corporis naturam:forte aliqua sui parte laborantem.(Raro nāque quisquā non aliquam corporis partem imbecillam habet)Tradit siquidem celsus ad exiccandum humidum corpus:ista esse salubria:modicā exercitationem:famem:unctionem sine aqua:calorem:solem modicum:frigidam aquam:cibum exercitationi statim subiectum. PANTHEVS. Quom mihi sit corpus siccius Furio Catulliano.nil ad me ista. ALEARDVS. Nescis Panthee quid secū aetas ferat:Vidi ego graciliores in teneris annis adolescentes in deformem cum aeuo excreuisse corpulentiam.PANTHEVS.Vtcunque cadat:in praesentia agillimus sum.HERMOLAVS. Est ne a quopiam monumentis relictum:quis primū docuerit frigida lauari? PANTHEVS. Non hoc praeteriit curiosissimus Plinius sic inquiens.Iidem fratres Euphorbius:& Antonius Musa instituere a Balneis frigida multa corpora astringi:antea non erat mos nisi calida tantum lauari:sicut apud Homerum etiam inuenimus. ALEAR. Iam satis superque ad aestuantes solis ardores desudauimus.superest postremus de exercitatione sudor:qui duobus exercitii generibus apud antiquos usurpabatur:quorum alterum more Palęstritarū apud Balnea diuersis lusibus ante unctionem:immersionēque exercebāt: Alterum omnibus notum:quod est etiānum in frequenti usu:De quo pro Physicorum doctrina edisseremus: si prius Pantheus de uetusto illo:quod a nostris moribus protinus recessit aliquid solita eruditione nos instruat.PAN.ALearde sic me ludis? ALEA. Non

Plinii senioris la9

Hō:

Balnei frigidi primus usus ex Plinio

mehercules:serio tecū ago:tibi magnā fidē in historicis narrationibus habeo:
quādoqdē eas tibi promptissimas esse cōspiciā:PAN. Iam mihi placere inci/
piam:quom me doctis placere sentiam.HER. Missa hæc facei& quod instat
age.PAN.Id agā:Plures erant(ut cōperio)potius apud Græcosꝗ̄ Romanos
gymnici exercitii spēs.Disputatio|lucta|cursus|pila:& reliqua id genus.ALE.
Eoꝝ meminere Galenus|cæteriqꝫ medicinę auctores.at nos iuniores illa rara le
De gym/ nicis lu/ dis. — gimus:quādoqdē inueterata desuetudo gymnicos ludos iādudū aboleuit:sed
de his Panthee referas quęso|si quicꝗ̄ habes.PAN. Operępreciū est|ut Vitru/
uium audiamus:qui distincta gymnicoꝝ membra æqꝫ in publicis|ac magni/
ficis priuatoꝝ ædibus connumerat|quo fiet:ut & loca| & ludos pariter|seria/
Palęstrita rū ædifi/ catiōes ad exercita/ tionem. — timqꝫ ex ueteꝝ auctoribus referamus.HER.Placet hæc tua narrādi constitu/
tio:PAN.Sic de Palęstritis uerba facit ille:Nunc mihi uidet̄ tam&si non sint
italicę cōsuetudinis Palęstritaꝝ ędificationes traditæ:Tamē explicare:& quē/
admodū apud Gręcos constituant̄ monstrare.Constituant̄ aūt in tribus por/
ticibus exedræ spaciose habētes sedes.in quibus philosophi|rhetores|reliquiqꝫ|
qui studiis delectant̄|sedentes disputare possint:In Palæstris peristyllia qua/
Peristillia Diaula — drata|siue oblonga ita sint facienda|uti duoꝝ stadioꝝ habeant ambulationis|
circuitionis:quod Græci Diaulam uocant:ex qbus tres porticus simplices di/
ponant̄:quartaqꝫ ad meridianas regiones est cōuersa duplex:uti|quom tempe
Aspergo Ephebeū Exedra Coryceū Cōisteriū eleothesiū Frigida/ rium. Propni/ geon — states uentosæ sint:nō possit aspergo in interiorē partē peruenire:In duplici aūt
porticu collocent̄ hæc membra Ephebeum in medio.hoc aūt est exedra am/
plissima cū sedibus.Tertia parte lōgior sit|ꝗ̄ alta:sub dextro Coryceū.Deinde
Conisteriū|a Conisterio in uersura porticus frigida lauatio|Quā Græci λουτ
ρον uocāt.Ad sinistrā Ephebei Eleothesiū.Proxime aūt eleothesiū|Frigida/
riū|ab eoqꝫ iter ī Propnigeon ī uersura porticus.ALE.Me absterrēt hęc uerbo
rū uocabula.Talia.n.ænigmata nō te Pāthee expositore|sed Oedipode idigēt.
PAN.Nō falso augurâris:sed tñ ex his plura nō inutiliter edisseremus.HER.
Sed priusquā edisseras|hoc nō prætéribo:quod mihi magnæ admirationi est.
cum reliquis Balneaꝝ ludis promiscuas fuisse litteratoꝝ uiroꝝ disputationes.
PAN.Et si nobis hoc absurdū uidetur:Tamen factitatum esse apud ueteres:
Præfata Vitruuii descriptio demonstrat:HER.Ex eius lectione mihi iniectus
Balnea di cigymna sia. — est scrupulus:PAN. Illum tibi cōprobationibus adimā:Iosephus in bello Iu/
daico balnea uocitari Gymnasia liquido cōprobat.in hunc modū de Herode
scribens:Nāqꝫ apud Tripolim|& Damascū| & Ptolemaida publicas Balneas|
quæ Gymnasia dicuntur.Bibli aūt exedras|porticus|& fora condidit. Quod
Vitruui9 — autem philosophi ad gymnasia disputaturi accederēt|audiamus Vitruuiū de
Aristippo sic memorātē:Aristippus philosophus socraticus naufragio quom
eiectus ad Rhodiensiū littus animaduertisset geometrica schemata descripta:
exclamasse ad comites ita dicit̄:bene speremus.hominū enim uestigia uideo:

statimq; in oppidum Rhodum contendit.& recta Gymnasium deuenit. Ibiq; de Philosophia disputans muneribus donatus est: ALEARDVS. Grande sapientum solatium. non exules / non profugos / non naufragos deserit omni praeciosior argento / auroq; uirtus. HERMOLAVS. Ita est. PANTHEVS. In amborum auctorum sententiam facillime deducor. quom ad Balneas disputantium porticus extruerentur: a Stoaq; porticu stoicorum secta denominata fuerit. HERMOLAVS. Cur disputantium loco Gymnasium nomen? PANTHEVS. παρα το γυμναζειν: Quod est exercere HERMOLAVS. Quid enim disputatio ad exercicium? PANTHEVS. Multum quidem. quod ex Pauli Aegenitae doctrina facille deprahenditur: qui inter ualentia exercitii Genera / Vociferationem / Clamationemq; nominat. Caelsus quoq; non mediocrem exercitationem claram lectionem censet: ALEARDVS. Est profecto utilissima ad bonam ualitudinem tuendam disputationis exercitatio: quae animum simul & corpus commouet / excitatq; Sed Panthee redeamus ad palaestritarum mansiones. edoceas primum / quae erat Ephebei structura. PANTHEVS. Video Aliarde in quam me rursum trahis periclitationem. ALEARDVS. Hanc facile euitabis. quandoquidem non te temere / sed mihi obsequendi / tuiq; exercendi ingenii gratia omnes fecisse arbitrabuntur: PANTHEVS. Maluerim igitur obsequendo temeritatis argui / quam negando ceruicositatis damnari. Spero candidos lectores / si aliquãdo in has nostras nugas inciderint / nõ usqueadeo hũc laborẽ damnaturos. ALEARDVS. Verum probaturos confido: de Ephebeo igitur perge. PANTHEVS. Ephebei Cathedratum locum superiore descriptione aperte monstrauit Vitruuius: de nomine sola restat ambiguitas. ALEARDVS. Vera narras. PANTHEVS. Illum sic uocitatum putauerim / q in eo Ephebi hoc est adolescentes exercerentur. HERMOLAVS. Hoc satis ex uocabuli denominatione patet. Verum tua isthaec opinio non satis mihi / nec Aleardo facit: nisi addas tuae sententiae astipulantes. PANTHEVS. Addam non unum sed plures / primumq; citemus sacrarum litterarum testimonium: superioribus enim diebus dum pro mensa legerem in Ephebei uocabulum incidi / in quo aliquandiu haesitaui / etsi liber in praesentia non sit prae manibus / sensum tamen pene eisdem uerbis referre curabo. Ex Machabeorum historia habemus Iasonem summum sacerdotium apud Hebraeos ambientem / Anthiocho regi / qui nobilis cognominabatur: nouo scelerum lenocinio grande Talentorum uectigal pollicitum fuisse: si ab eo facultas daretur: Vt sub arce Gymnasium / & Ephebea construeret: in quibus optimos quosq; Ephebòrum corrupto: suae gentis more minus pudice exerceret. Ex hoc sane textu liquet de Ephebeo: Verum ad hunc graecorum morem demonstrandum confugiam imprimis ad certissimum antiquitatis asser

Stoicorum secta

Gymnasii diffinitio:

Ephebeũ:

Iasonis historia

torem Plutarchum qui talem exercendi ad Balnea adolescentes consuetudi/nem apud Romanos acerrime taxauit sic scribens. Nam nisi prius lauissent Romani/Vngi moris non erat/nec aliud quicquã Græci seruitutem/ac mollici em attulisse putant Romanis quam Gymnasia/& Palæstram/quibus relangue scant adolescentium animi:& penitus effœminentur. hinc Puerorum amores gigni.hinc somno/& deambulationibus iuuenum corpora corrumpi.hinc sal/tationibus/& motu composito & certo/& delicato cibi genere debilitari / qui/bus de causis ab armis se delapsos esse non intellexerunt/contentiq; pro strennu is/ac fortibus militibus/se bonos palæstritas: & athlætas bonos dici & haberi: ad summam inertiam/molliciemq; defluxerũt.Hæc igitur si quis effugere stu det / in puluerem prodire/& subdiuo manere oportet/.at qui domi / & umbra balneis/& unctionibus molliter se currant.hæc omnia subire necesse est.HERMOLAVS. Quam sanctissima fuit hæc Plutarchi Taxaxio: PANTHEVS. Non minori acrimonia carpit Plinius talem iuuenum molliciem dicens: Plura de hac parte non sum dicturus.non Hercules magis quam de terræ usu ceromatis/quibus exercendo iuuentus nostra corpora/uires animorum perdi/dit. HERMOLAVS. Sapiunt hæc uerba Plinianam acritatem / breuita/temq;. PANTHEVS. Audiamus & Martialem omnium Poetarum face/tissimum collaudantem Pomponium Atticum iuuenem/q; dæuitaret exercitationis potius ad luxum pertinentes /q̃ ad rectam ualitudinem. & relicto Gy/mnasio/cursu se exerceat / sic canit ille.

Plutarchi taxatio in lauãdi la/sciuiã.

Martialis facetissi/mus.

Attice facundæ renouas qui nomina gentis:
Nec sinis ingentem conticuisse domum.
Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ:
Te secreta quiesite Sophos omnis amat:
At Iuuenes alios fracta collit aure magister.
Et rapit in meritis sordidus unctor opes:
Non pila/non follis/non te paganica thermis
Præparat/aut nudi stipitis ictus ebes:
Vara nec iniecto Ceromate brachia tendis/
Non harpasta uagus puluerulenta rapis/
Sed curris niueas tantum prope uirginis undas:
Aut ubi Sidonio Taurus amore calet:
Per uarias artes/omnes quibus area seruit
Ludere quom liceat.currere pigritia est:

ALE.Est ne hic Martialis/quẽ plures laxi nimiũ / impudiciq; oris uehementer dãnat.PAN.Ipsus est.ALE.Ni ĩpudiciora his scribat pudicus mihi / Tersusq; uidet.PAN.Non negauerim illũ interdũ liberiori stilo quosq̃ infami nota p/ustos insectari sed inter facetos Satyros/doctosq; enumerãdũ emũcti nares ui/

ri censent: HER. Censent quibus lasciuior carminũ mollicies blandit᷑. PAN. Ad palęstritas redeamus, ne alioꝝ faba ĩ me cudat᷑. ALE. Sapis. PAN. Quid dicas Alearde si nõ paucioribus testibus tibi confirmẽ, nõ modo mares adolescentes, sed & puellas in gymnicis ludis promiscue assuetas? ALE. Hoc utiq; risu dignũ esset. PAN. Non irridendũ, sed grauioꝝ uiroꝝ institutũ demonstrabo: ALE. Te arrectis auribus audiam. PAN. Quom hoc sit græcoꝝ dogma: græcis id auctoribus comprobabo, citaboq; primũ Xenophontem in Lacedęmonioꝝ politia. Qui sic ait: ὁ δὲ λυκοῦργος ἐσθῆτας μὲν καὶ δούλας παρέχειν ἱκανὰς ἡγήσατο εἶναι ταῖς δὲ ἐλευθέραις μέγιστον νομίσας εἶναι τὴν τεκνοποιίαν· πρῶτον μὲν σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος φῦλου· ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε νομίζων ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρῶν καὶ τὰ ἔκγονα ἐρρωμενέστερα γίγνεσθαι. ALE. Quid introducturis ignoro: Panthee quæso Xenophontem græcũ reddas latinũ: PAN. Sic te uelle opinabar. reddam hoc ad uerbũ. dicit ille: Lycurgus quidem ad uestes, & indumenta conficienda seruas sufficere arbitratus est: Liberis aũt mulieribus maximũ esse ratus, si soboli procurandæ operam darent: primũ quidem mandauit, ut nihilominus q̃ mas, fœmina corpus suum exerceret. postea cursus, & fortitudinis certamina adinuicem mulieribus ceu uiris constituit arbitratus ex ambobus ualentibus filios etiã robustiores fieri. ALE. Nõ sine ratione fuit Lycurgi institutũ. PAN. Illud quoq; Cicero noster nõ improbauit in hũc modũ scribẽs. Itaq; illi, q græciæ formã rerũ publicarũ dederũt: Corpora iuuenũ firmari labore uoluerũt. Quod spartiatæ ẽt in fœminas trãstulerãt, quæ cæteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occulunt᷑. Illi aũt uoluerũt nihil hoꝝ simile esse apud Lacænas uirgines. Quibus magis Palæstra, Eurotas, Sol, Puluis, Labor: militia in studio q̃ fertilitas barbara. HER. Nõ potuisset hoc a latinis cõprobari. PAN. Nõ pigeat Plutarchũ insup in eiusdẽ Lycurgi uita de institutionibus politicis idẽ recitantẽ audire, sic. n. inq̃t: Enimuero uirginũ corpora cursibus, & luctationibus, iactibusq; discoꝝ, atq; iaculoꝝ exercuit: ut queadmodũ germinũ radix acre in acribus corporibus principiũ sumẽs melius germinat: ita & hæ partus robuste tolerantes, honeste simul & facile aduersus dolores repugnarent. Itaq; delitias remouẽs & cibi subductionẽ, & oẽm fœmineũ morẽ, assuefecit puellas nõ minus, q̃ pueros & uersari nudas, & qbusdã ĩ sacris, & saltare, nõ canere, pspicientibus simul spectantibusq; iuuenibus. ALE. Si nostris sęculis ea esset in sacris celebrandis cõsuetudo. HER. Verius diceres abusio: ALE. Spectares nostrã iuuentutẽ ad diuina mysteria propensiorem, si ad suffarcinatas cateruatim effrẽnes corruũt, in nudas quid arbitrandum? PAN. Indomitam spectares furentium tantorum ferociam: HER. Signantissime dictum.

Puellæ in gymnicis ludis se exercebãt.

Cicero de more spartiataꝝ puellaꝝ

Plutarch9 de pullaꝝ exercitatione.

Puellæ nudæ ĩ ludis uersabãt.

PANTHEVS. Hinc Propertius amore deperditus impatienti agit̃ mœrore: graia uirginei choro cõmercia romanis non esse puellis usurpata. Audite ergo quanto mentis oestro spartanã Palæstram collaudat: sic iuuenili ardore incinit.

Properti⁹ de Palæstra Spartana.

Multa tuæ sparte miramur iura Palæstræ.
Sed mage uirginei tot bona Gymnasii:
Quod non infames exercet corpore laudes:
Inter luctantes nuda puella uiros:
Quom pila uelocis fallit per brachia iactus.
Increpat: & uersi clauis adunca trochi.
Puluerulentaq; ad extremas stat fœmina metas:
Et patitur duro uulnera Pancratio:
Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris:
Missile nunc disci pondus in orbe rotat:
Gyrum pulsat equis: niueum latus ense reuincit:
Virgineumq; cauo protegit ære caput:
Qualis in Eurotę Pollux: & castor habenis:
Hic uictor pugnis: ille futurus equis:
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
Fertur: nec Fratres erubuisse Deos:

ALEARDVS. Eleganti carmine: pacatoq; magis: quam cupidineo æstu Meuanius uates laconicam extulit colluctationẽ: PANTHEVS. Nec suppressit eam priori non in amore secundus pelignus Naso: Primum lacænæ Helenes a Theseo raptum extollens:

Ouidius de Palæstra Helenes.

Ergo arsit merito: qui nouerat omnia Theseus:
Et uisa est tanto digna rapina uiro.
More tuæ gentis nitida dum nuda Palæstra
Ludis: & es nudis fœmina mixta uiris:

HERMOLAVS. Sat erant oratorum attestationes dissimulata carminum recitatione. immemor sacræ relligionis Panthee in poetarum lasciuiam lubricis uestigiis prolaberis. PANTHEVS; Immo exemplorum gratia inuitus trahor: ALEARDVS. Indulgendum Pantheo Iuueni Hermolae: quandoquidem ego iam senior bibulis (quod dicunt) auribus uatum illecebras aui diuscule exorbeo: HERMOLAVS. Et tu Alearde illorum lenonitio in molliusculos ueneris saltus allectaris? ALEARDVS. In me omnis deferbuit ardor: PANTHEVS. Posthabitis poetarum modulationibus nouissimum addam de raptu Helenę Plutarchi testimonium: qui illam a Theseo: seu ab Ida Lynceoq; Fratribus raptam autumat: Dum in Dianæ templo chorum quem Orthiam uocant: exerceret: ALEARDVS. Quadrant omnia sententia qdẽ mea: quæ de Ephebeo accumulatissime attulisti Panthee. HERMOLAVS.

Ita mediusfidius cohærent: ut nemo cui sit uegetum sine liuore ingenium non his acquiescat rationibus: PANTHEVS. Si serio (ut censeo loqui/mini) audentius de reliquis experiri contendam: ALEARDVS. Quin ad ualidiores uires tibi insurgendum est: & quid de Coryceo sentias, tota in/genii acie edisseras. PANTHEVS. De Coryceo eodem modo uti de Ephe/beo ariolandum est: ALEARDVS. Sunt tua isthæc responsa nullo erro/ris inuolucro intricata: PANTHEVS: Legimus Alearde apud Suidam Coryceū.
grauissimum græcorum auctorum Corycum Pilam esse uento conflatam, Corycū.
quam nos follem appellitare consueuimus. ab eo sane deductum arbitror Co/ryceum, Locum ipsum, in quo eas se pila exercendo lusitarent: ALEARDVS. Subit mentem hæc tua prima ariolatio: Perge attentius inspectare fibras: PANTHEVS. Coryco autem exerceri græcos palæstritas locupletissimam Paul⁹ ęgi
fidē facit Paulus Aeginita. περὶ εἰδων του γυμνασιου. i. de speciebus gy nita d̄ gy/
mnasii sic scribens. τα δε ταχεα χωρις ευτονιας και βιας εστι δρο mnasiis.
μοι δε εισι ταυτα και σκιαμαχιαι και ακροχειρισμοι. και τα δια του κωρυκου τέ και της μικρας σφαιρας γυμνασιον συνθε τον εστιν εξ ευτονου και ταχεως. ALEARDVS. Panthee. PAN/THEVS. Quid quæras scio, interpretari me uerba græca cupis. ALEAR/DVS. Habes. PANTHEVS. Sic auctor ait: Celeria autem exercitia sine intensione, & uiolentia sunt: Talia autem sunt. cursus sciamachiæ, Acro/chirismi, & exercitiū quod fit ex coryco, & parua pila: Compositum est, ex ua lenti, & celeri: ALEARDVS. Nodum nodo annectis Panthee: PAN/THEVS. Cur? ALEARDVS. De Coryco satis mihi factum esse: Her/molaoq; arbitror, sed indignum opinor præterire: ignorareq; quales fuerint Sciamachiæ, Acrochirismi exercitationes. HERMOLAVS. Hoc & me stimulabat: PANTHEVS: Semper ponderi auctarium adiicis Alearde ALEARDVS. Diis gratiam, quom tibi sint humeri firmiores ad sustentan/da grauia onera: PANTHEVS. Sic tibi uideor, quam sint imbecilles, mihi conscius sum: ALEARDVS. Nullus datur tuæ excusationis locus PANTHEVS: Quando tibi parendum est. quæ obiter, & ex tempore se offerunt, edisseram ut quoq; hæc tuo beneficio in lucem afferantur: Sciama/chiæ igitur dici possunt (ut arbitor) pugnæ umbratiles παρα του σκι/ Sciama/
αμαχειν a uerbo composito ex umbra, & pugno: fuit autem inter exer/ chiæ.
citia sub umbra decertationis genus non abiectum: Quod Galenus medi/cus εν τω περι υγιεινων β. i. in libro de sanitatibus secundo inter celeres exercitationes enumerat dicens μεταβαινειν δε καιρος επι τα τα/χεα χωρις ευτονιες και βιας δρομοι δε εισι ταυτα και σκιαμα χιαι. ALE. Quonam pacto romane id efferatur, uehementer audire cupio: PAN. Hæc est ad uerbū interpretatio: Trāscēdere tēpus est ad celeria exercitia,

quæ sine intensione | & uiolentia sunt: Talia uero sunt cursus | & Sciamachiæ. HERMOLAVS. Quo nam modo fiebat hæc umbræ concertatio? PAN. Opinor id duobus modis factitatū | aut quotiēs quispiā more gladiatorio ipse nullo aduersante tenues diuerberat umbras | si qs sub umbra quoquo modo se exerceat: quom ex aduerso esset sub diuo apud ueteres frequētissima exercitatio. ALE. Nostri auctores nec ista pteriere: sed una cū loco & tpe a nobis abiuerūt. HER. Planissime Panthee apuisti umbratilē pugnā: eadē facilitate opus est apias q̄ int Acrochirismi. PAN. Itidē esse genus exercitii attestat Galenus. ἐν τῷ περὶ γυμνασίων idq̧ πιτυλίζειν. uocat: cuius modū his uerbis describit. Τὸ δὲ πιτυλίζειν ἐπειδὰν ἐπ' ἄκρων τῆς ποδὸς βεβηκὼς ἀνατείνας τὼ χεῖρε κινεῖ ταχεῖστα τὴν μὲν ὀπίσω φέρων τὴν δὲ πρόσω μάλιστα δὲ τοίχω προσιστάμενοι γυμνάζονται τοῦτο τὸ γυμνάσιον: ἵνεκαι ποτὲ σφαλλοιοντο προσαψάμενοί του τοίχου ῥαδίως ὀρθῶνται καὶ οὕτω δὴ γυμναζόμενος λανθάνει τε τὰ σφάλματα καὶ ἀσθενέστερον γίνεται τὸ γυμνάσιον. ALE. Non sit graue Panthee reddere Galenū nobis latinū. PAN. Est aūt inqt Galenus Pitylizin quādo qs summis insistens uestigiis extensis manibus | hanc qdē ante | illam uero retro moueat. Exercenē aūt maxime genus hoc exercitii muro appropinquati | ut si forte errauerint faciliter apprehenso pariete corrigantē: Quare sic se exercētibus | Latent qdem errores | imbecillius aūt fit exercitiū: HER. Insanientis cuiuspiā uidetur hæc corporis cōmotio nō ab re | ergo si nostri hos deseruere ritus | unde Panthee Acrochirismis nomen. PAN. ἀκροχειρίζομαι. enim apud græcos digladiari | pugilemq̧ esse significat: ALEA. Innumerabiles sunt ab auctoribus exercitationū species monumentis demādatę: sed raro nūc usui sunt. Debemus tamē Pantheo: qui ex gręco fonte nobis licet ex tēpore Sciamachiæ Acrochirismiq̧ ritū demonstrauit: Iam ad alia redeamus. PAN. Sed prius de Coryco aliud eiusdē Pauli locupletissimū audiamus testimoniū. HER. Audiamus. PAN. Ille enim ἐν τῇ τῆς ἐλεφαντιώντων διαίτῃ. i. in capite de dięta leprosorum sic inquit μετὰ τοὺς ὕπνους προσανακλασθεὶς κοιλίας ἀποπατήσθεις· ἐωρείσθω τε καί ἀναφωνείτω· εἶτα τριβέσθω καὶ γυμναζέσθω ποικίλως. τὰ μὲν ἀφαλλόμενος· τὰ δὲ πλεῖον ἁλτῆρσι ἐκαὶ κωρύκῳ χρώμενος. Quod latine sic interpretatur. Post somnum | & perfrictiones | & excrementa suspendatur | & clamet: Postea ualenter perfricetur | & uarie exerceatur: Partim saliens: ut plurimum autem utens alteribus | & Coryco: ALEA. Quā curiosissimi fuere græci scriptores ad scribendū non modo Oratoriam | Poeticen | & Historicā | Verum Physicen | & medicen. PAN. Fuere certe: addam Alearde & follis usum nec a nostris latinis prætermissum: De cuius lusu in Distichis sic Martialis festiuissime canit in diuersis locis.

Acrochirismi. Galen⁹ de exercitio pitylizin

Pitylizin

Acrochirismi unū

Paulus de Diæta leprosoꝝ.

Pilę lusus

Ite procul iuuenes:mitis mihi conuenit ætas: Martialis de lusu pilæ.
Folle decet iuuenes ludere/folle senes:
Et alibi idem Poeta
Plumea seu laxi partiri pondera follis:
Siue leuem cursu uincere quæris Atam:
Idem
Hæc quæ difficilis turget paganica pluma.
Folle minus laxa est/& minus apta pila:

HER. Ad robustiores iuuenum artus facit pilæ lusus.quibus ob ætatis ardorem negligentibus decorum/quandoque indulgemus. PAN. Non dedecori fuisse attestatur Tranquillus:qui Augustū Imperatorum optimum/obseruantissimūque hoc exercitii genere delectatū summopere scribit dicens. Exercitationes campestres equorū/ & armorum statim post ciuilia bella omisit:Et ad pilam primo/ folliculumque transiit/mox nihil aliud q̄ uectabatur. ALE. Est sane pilæ lusus/ qui nullum hominū genus quāuis summo honoris apice eminentissimū dedhonestet:illo enim præ cæteris utendum suadet:præcipitque medicorum princeps Galenus:quoniam parili fatigatione omnes exerceat artus.quo nihil homini inter exercendum salubrius est:HERMOLAVS. Victus tanti Imperatoris exemplo/simul atque tanti auctoris consilio muto pristinam sententiam. ALEARDVS. Quom igitur pilæ lusus semper apud omnes usurpantissimus fuerit/a Coryco Coryceum deductum nō ambigamus:quandoquidem & Panthei rationes ad Regulam cohæreant. HERMOLAVS. Ita est. PANTHE. At at alia ex tempore succurrit de Coryceo sententia. ALEARDVS. Quæ? PANTHEVS. Forsitan non a folle/sed a puella deriuatum Coryceum non ab re censendū: ALEARDVS. Quid cum Coryceo puella? PANTHEVS: Ex graia nuncupatione.quom apud illos κορη puella dicat. ALEARDVS. Esto.sed cur a puella Coryceum? PANTHEVS. Dicam:quā pauloante adduxi de promiscua iuuenum/Puellarumque exercitatione/& si Laconum fuerit institutum/non propterea a reliqua Græcia. Receptum crediderim:quippe quod in ædium mansionibus Oecos.i.habitationes a uiris secreuerint:illos Gynæconitas ἀπο τηγ συργαιχογ.i.a muliere:Hos andronitas ἀπο τ ανδρος.i.a uiro appellitantes:non iniuria fuit ergo/ut in gymnicis puellarum/quē Coryceum uocitarent ab Ephebeo Marium diuisum haberent. ALEARDVS. Non inepta est de Coryceo altera isthac tua licet extemporanea opinio Panthee. HERMOLAVS. Immo honestiore defenditur argumento. PANTHEVS. Hinc est:quom talis luctandi muliebris luxus non iam secreto/sed palam eliminata pudicitia in RomanumTyberim defluxisset:quod Satyricis oblata est ansa ut perfricatas fœminarum frontes genuino perstringerent. Aquinas ergo in sua tempora exerce exclamat dicens.

Lusu pilæ delectatus Augustus

Corycei alia deriuatio:

Gynęconites Andronites.

Iuuenalis in fœminas Palęstritas.

Endromidas tyrias & fœmineum Ceroma
Q uis nescit? aut quis non uidit uulnera Pali?
Q uem cauat assiduis sudibus scutoq; lacessit:
Atq; omnes numeros implet: dignissima prorsus
Florali matrona tuba: nisi si quid in illo
Pectore plus agitat: ueræq; paratur harenę:
Q uem præstare potest mulier galeata pudorem?
Idem paulopost
Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus:
Et quanto galeæ curuetur pondere: quanta
Poplitibus sedeat: q̄ denso fuscia libro
Et ride: positis scaphium quom sumitur armis:

ALEAR. Q uid endromides illę? qd Coliphia? Cuinã usui fuerãt in Palęstra? PAN. Illę fuerant crassiores uestes: hęc Panes: quibus ad robur uti consueuere Athletę. ALE. His assuescebant matronę? PAN. Audisti. ALE. Enimuero procul a Romanis uenerandũ abiuerat pudoris nomen: HER. Vltra Sauromatas diffugerat. PAN. Non dissimili animaduersione pstrinxit Martialis Philænem omnium impudicissimam: his Rhythmis eam carpens:

Martialis i Philænẽ

Harpasto quoq; subligata ludit.
Et flauescit aphe: grauesq; draucos:
Alteres facili rotat lacerto
Et pueri luculenta de palęstra
Vncti uerbere uapulat magistri:
Nec cœnat prius: aut recumbit ante
Q uam septem uomuit meros deunces:
Ad quos fas sibi tunc putat reuerti:
Q uom Coliphia sexdecim comedit:

ALE. Aeuo illo in profundã uitioꝝ fæcẽ conciderant Romani: in illa iaceant. De Coryceo satis a te superq; dictũ puto: Post illud se offert Conisterii disser tatio: PAN. Vix tandẽ multo puluere obsitũ profert caput: ALE. Q uid Panthee. PAN. Multo est opus spiritu ad hũc de Conisterio duscutiendũ puluerẽ. ALE. Q uid hoc Cauillũ? PAN. Dicã a puluere (quẽ græci χονιν dicũt) Conisteriũ appellatũ arbitror: Locusq; forsitan fuerat: in quo Palęstritaꝝ puluis asseruabat: uel quod magis cõsentaneũ est: in quo puluere conspersi certantes colluctabantur. ALEAR. Q uid illis hic puluis? PAN. Q uod illo perfusi luctantes deperditas uires resumere uiderentur: cui sententiæ astipulatur Lucanus de Antæi Herculisq; pugna canens. quom præmittat Antæum terræ filium præter cęteras Dotes a matre donatum: Tellure contacta solidiores uires recepturum in hunc modum concinit ille:

Conisterium.

Puluis Palęstritaꝝ.

Hoc quoq; tam uaſtas cumulauit munere uires Lucanus
Terra ſui fœtusq; quom tetigere parentem de Her.
Iam defecta uigent reuocato robore membra: Anteiq;
Ille parum fidens pedibus contingere matrem: pugna
Auxilium membris calidas infudit harenas.
Vtq; iterum feſſis iniecit brachia membris:
Non expectatis Antæus uiribus hoſtis
Sponte cadit: maiorq; accepto robore ſurgit.
Quiſquis ineſt terris in feſſos ſpiritus artus
Erigitur: Tellusq; uiro luctante laborat:
Vt tandem auxilium tactæ prodeſſe parentis
Alcides ſenſit: ſtandum eſt tibi dixit. & ultra
Non credere ſolo: ſterniq; uetabere terra.
Hærebis preſſis intra mea pectora membris.
Huc Antæe cades: ſic fatus ſuſtulit alte
Nitentem in terras iuuenem: morientis in artus
Non potuit nato tellus ſũmittere uires:

ALEARDVS. Nihil hac Lucani aſſertione planius: PANTHEVS. Idem de Tydei: & Agyllei pugna concinit Statius his carminibus.

Vis eadem Oenide. nec ſole: aut puluere feſſa
Membra labant. riget atra cutis. duriſq; laborum Statusde
Caſtigata Toris: contra non integer ille Tyd.&
Flatibus alternis: ægro quoq; feſſus hiatu Agyl.pu-
Exuit ingeſtas fluuio ſudoris harenas. gna.
Ac furtim rapta ſuſtentat pectora terra.

ALEARDVS. Alia de cauſa putas Panthee hos luctatores puluere conſpergi? PANTHEVS. Ea fortaſſe ꝙ prius oleo perũcti lubrica membroꝝ effugia inuicẽ ſe eluderẽt. ſed hac aſperſiõe firmiore nexu impliciti initebant̃: qua mẽbra luctantiũ flaueſcebant: ut pauloante Martialis in philænẽ ſcripſit dicens: Et flaueſcit aphe: ἀφὴ enim & tactũ & notas: qbus aliquando corpus inficiẽ ſignificat: HER. Altera hæc opinio magis luctatoꝝ conuenit decipulis: PAN. Eãdem conſperſionem ſignanter expreſſit Ouidius in Herculis: Acheloiq; pugna his carminibus concinens. Aphe

Congrediturq; ferox: puduit modo magna locutum Ouidi⁹ d
Cedere: reieci uiridem de corpore ueſtem Her.&
Brachiaq; oppoſui. Tenuiq; a pectore uaras Acheloi
In ſtatione manus: & pugnæ membra paraui pugna.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis:
Inq; uicem fuluæ tacta flaueſcit harenæ:

ALE. Oia eleganter noster Naso. Plurimũ illi ex eius facilitate afficior. PAN. Hũc ritũ nec siluit omniũ longe doctissimus Vergilius sic cantans.

Vergilius
Pars in gramineis exercent membra palæstris.
Contendũt ludo & fulua luctantur harena.

Q uem conspergendi morem nec præteriit Papinius eadem Tydei & Argyllei palæstra sic memorans.

Statius
Postq; oleo gauisa cutis petit æquor uterq;
Pro cursu medium. atq; haustu uestitur harena
Tunc madidos artus alterno puluere siccant:

ALEARDVS. Pro te stat indubitata Ouidii Vergiliiq; atq; Papinii citatio: PAN. Eũdem quoq; luctantiũ morem luculenter præmonstrat Seneca ad lucillũ scribens ait enim: Q uom a Baiis deberem Neapolim repetere facile credidi Tempestatem esse. ne iterum nauim experirer. & tantũ luti tota uia fuit. ut possim uideri nihilominus nauigasse totum athlætaꝝ fatũ illo die mihi perpetiendum fuit a Ceromate aphe excepit in crypta Neapolitana. ALE. Nusq̃ incassum ad tuũ Senecam confugis. PAN. Huius insuper pulueris usum ostẽdit Plinius sic scribens. Non multum a puluere puteolano distat e Nilo harena tenuissima sui parte non ad sustinenda Maria fluctusq; frangendos sed ad debellanda corpora palæstræ studiis indecrete Patrobio Neronis principis liberto aduehebatᷣ. HER. Q uæ tanta romanoꝝ insania ut rem tã minimi momenti a longinquis exterrarum gentium regionibus conuectarẽt. AL. Insania quidem nullo ueratio purganda. PAN. Q uod Palæstritaꝝ puluis iste exægypto aduehereᷣ: testatᷣ Item Suetonius in Nerone contra eum: populi romani odiũ taxans sicq; ait: Ex annonæ quoq; charitate lucraticia accreuit inuidia: nã & forte accidit ut in publica fame alexandrina nauis nũciareᷣ puluerem Luctatoribus aulicis aduexisse. AL. Egregium imperatorem narrat. PAN. Pollux quoq; Iulius inter Gymnica instrumenta χονίοσ σπυρίν. Hoc est pulueris sportulam enumerat: Veꝝ mihi inter narrandũ aliud succurrit: HER. Q uid PAN. Præter palæstritaꝝ puluerem memini me legisse aliũ esse puluerem quẽ eruditũ prisci appellauere: q; cum geometræ ad describendas figuras usui haberent si uos non piget addam & hanc eruditionem: HER. Addenda prorsus est. PAN. Huius si quidem eruditionis primus testis. ii. de natura Deoꝝ Cicero ẽst: qui sub persona Lucilli balbi Stoici in. c. ueleium inuehitur carpens uehementer epicurus tanq̃ Geometriæ expertes: sic inquit: Cumq; formæ præstans sint ex solidis globum sic enim sphęram interpræstari placet ex planis autem circulus aut orbis qui cyclus græce dicitur: his duabus formis contigit solis ut omnes earum partes sint inter se simillimæ a mediaq; tantum absit extręmum quo nihil fieri possit aptius: Sed hæc non uidetis. quia nunquam illum eruditum puluerem attigistis. HER. Sane fuerat eruditio hæc minime præ/

Seneca de more luctantiũ.

Plinius de puluere palęstritarum.

Suetoni⁹ de eodem puluere

Puluis eruditus geometrarum.

Cicero de puluere erudito Sphera Cyclus

tereũda. PAN. Astipulatur Ciceroni Plutarchus ea oratione quã ἐν τῶ κα τα κολάκων. idest contra adulatores acerrime inuectus est sic eni inqt: ὥσ περσυρακούσαις φασὶν ὁπηνίκα πλάτων ἀφίκετο καὶ διονύσιος ζῆλος ἔσχε περὶ μανῆς φιλοσοφίας τὰ βασίλεια χονίορτου γεμεῖν ὑπὸ πλήθους. γεωμετρούντων. Q đ sic latine habetur: Quemadmodũ Syracusis memorant, quom illuc peruenisset Plato, Dionysiusq; maximo philosophiæ studio teneretᷣ, Regiam puluere refertam fuisse præ multitudine geometriæ uacantiũ: ALEARDVS. Putassem ego regiæ huius pauimentũ præ illo philosophantiũ numero puluere constratum. HERMOLAVS. Hoc ridiculum censendũ esset. PAN. Profecto, sed huius pulueris meminit Valerius Archimedẽ geometricis signis intentũ Syracusana clade a sæuissimo milite interfectum scribens: At Archimedes dũ animo, & oculis in terram defixis formas describit: Militi qui prædandi gratia domũ irruperat: strictoq; super caput gladio: quisnam esset, interrogabat propter nimiam cupiditatem inuestigandi quod requirebat: nomen suũ indicare non potuit: sed protracto manibus a puluere: noli inquit obsecro istũ circulũ disturbare, ac perinde quasi negligens imperii uictoris obtruncatus sanguine suo artis suæ liniamenta confudit: HERMOLAVS. Magna Archimedis abstracta intentio. at maior sæuiendo diri militis impatiens crudelitas: PAN. Eũdem casum conquerens Liuius sic de Archimede in puluere scribẽte memorat: Archimedem memoriæ proditum est in tanto tumultu, quantum captæ urbis in discursum diripientum militum ciere poterant: intentum formis quas in puluere rescripserat, ab ignaro milite, quis esset interfectũ: Archimedis puluerem nec præteriit Cicero quæstionibus tusculanis sic inquiens: Ex eadem urbe hũmilem homũculũ a puluere, & radio excitabo: Qui multis annis fuit post Archimedem. Cuius ego quæstor ignoratum ab Syracusanis quem esse omnino negarent sæptũ undiq;, & uestitũ uepribus, & dumetis inuestigaui sepulcrum: HERMOLAVS. Fuit hoc de puluere erudito Panthee auctarium eo iucũdius, quo rarius etiam a doctis multis fortasse iam æuis non animaduersum: ALEARDVS. Ea accumulasti de conisterio Panthee. Quæ tuæ sententiæ mirum in modum applaudant: superest nũc cognoscere te enarrante quid sit Eleothesium. PANTHEVS. Eleothesii significatio notior est, ex membris Balnearum unum erat in quo ungebanť: uel in quo uncti more Palæstritico concertabãt. παρατουελεου, idest ab oleo nomẽ sortitũ. Hinc Plinius in uilla sua illud unctuarium inter reliquas Balnei mansiones appellat dicẽs: Sin mare in proximo cogites, adiacet unctuarium, Hypocaustum, & Propnigeon: hæc ille. q; aũt oleo palæstritæ certaturi perfunderenť, docet Vergilius dicens: Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socii: HERMOLAVS. Admiror cur oleo luctaturi perungerentur. ALEARDVS. Non ab re est. sed

Plutarch9 de puluerẽ erudito.

Valerius de archimede

Liuius de archimede.

Cicero de archimede.

Eleothesiũ Vnctuarium.

Olei uis — pro medicorum instructione: quandoquidem olei usus ad membrorum uim
plurimum ualeat. PANTHEVS. Ad neruorum dolores sedandos oleo utendum docet Columella sic scribens: Oleum autem secundariū non insuauis odoris quotidianam unctionem præbere poterit dolore neruorum laborantibus:
PANTHEVS. Ast aliud putabam ego. Luctaturos scilicet eo perungi ut difficilior esset unguinis lubricitate brachiorum inuicem connexio: HERMOLAVS. Nec tua isthæc reiicienda est opinio Panthee. PANTHEVS. Sed quæso audite Plinium de oleo in hunc usum quid dicat: Oleo inquit natura tepefacere corpus & contra algores munire: eidem capitis refrigerare: usum eius ad luxuriam uertere græci uitiorum omniū genitores. in gymnasiis publicando: Addit auctor Idem Plinius Luctaturos non modo corporis artus superne delinire solitos: Verū intrinsecus oleo se præmunire in usu fuisse demonstrat: unde factitia oleorū genera. Connumerans præcipuum eleomeli cōmendat oleum: quod in Syriæ maritimis nascebat̄. ex arboribus pingue manans crassius melle resina tenuius: sapore dulci: pugnatores certaturi ex eo cyathum unum præsumebant. ALEARDVS. Sed quem ex græcis huius rei inuentorem credimus? PANTHEVS. Herculem fortasse. ALEARDVS. Cur? PANTHEVS. Quom ipse olympicos Ludos instituerit: quibus erat hæc inungendi consuetudo: quam attestatur Lucanus Herculis & anthæi pugnam sic decantans:

(Margin: Olei usus in gymnicis — Eleomeli Oleum — Lucanus de oleo palæstræ)

Ille eleonæi proiecit terga leonis
Anthæus libyci perfudit membra liquore
Hospes Olympiacæ seruato more palæstræ:

ALEARDVS. Plurimum debes tuis poetis Panthee. Qui tibi in omnem attestationem faciles præsto sunt. PANTHEVS. Sunt inquam nullo auro: nulloq; pretio corrupti: sed multis lucubrationibus comparati. ALEARDVS. Crediderim. HERMOLAVS. Vnguen aliud præter q̄ olei fuit Palæstritis in usu? PANTHEVS. Fuit: res postq̄ in maiores delicias defluxit. Ceromate passim usi fuere: cuius sępenumero Iuuenalis: Plinius: Martialis: aliiq; auctores plures cōmeminerūt: HERMOLAVS. Quæ erat unguenti huius confectura? PANTHEVS. Ex oleo & terra in luti speciem. ALEARDVS. Ad lacertorū robur factitatū arbitror. PANTHEVS. Sed postquam in deperditam molliciem deuentum est. Ante cœnæ tempus non oleo: nisi ualitudinis causa: non Ceromate: sed exoticis: pretiosisq; unguentis perfundebantur. Quorum luxuriam multis modis taxat Plinius acer castigator: Quod multos crassitudo delectaret: idipsum approbantes lini iam non solum: sed & perfundi unguentis gauderent: quod uestigia pedum tingerent: q; parietes balneorum unguento spargerent: q; signa aquilarum horrida diebus festis ungerent: q; q; in potu unguentū adderent: ut odore prodigo ex utraq; parte corporis fruerent̄: HER/

(Margin: Ceroma — Plinius in unguentorū luxuriam)

MOLAVS.Nulli igitur mirum si talibus illecebris euirati Romani a tanto rerum culmine olim terrarum domini deciderint: & nunc abolito tantæ maie/statis nomine aliis subesse condiscant.ALEARDVS.Ita est.PANTHEVS. Ad unguenta redeamus.nec prætereamus tam sordentis magistri officium.Is n.aliptes dicebat παρα τὸ αλείφειν quod est ungere / cuius in Balneis ministerium eleganter expressit Seneca ad Lucillum sic scribens:Aliptum Tenuem / & stridulam uocem / quo sit notabilior / subinde exprimentem / nec unquam tacentem nisi dum uellit alas / & alium pro se clamare coegit.In hunc sensum Iuuenalis muliebrem impudicitiam taxans / in sordidulos unctores cum stomacho his carminibus prorumpit. Aliptes.

Balnea nocte subit / conchas / & castra moueri Iuuenalis
Nocte iubet:magno gaudet sudare tumultu:
Q uom lassata graui ceciderunt brachia massa:
Callidus & cristæ digitos impressit aliptes
Ac summum dominæ femur exclamare coegit.
Et Reliqua.

ALEARDVS. De Eleothesio æque / ad de cæteris Panthee non minus diserte / quam uere enarrasti.PANTHEVS. Pro ingenii uiribus elaboraui. Verum prætermittendum non putaui:ut scias quæ sit Apodyterii cella / Balneo cuiqꝫ perquam necessaria:ALEARDVS.Spontanea hac tua enarratione cumulatior mea erit in te obligatio:sed cuinam potissimum usui dicata erat? PANTHEVS.In ea ante balnei lauationem colluctaturiqꝫ corporis uelamina reponebant:unde illi nomen αποδυομαι enim exuor dicitur.Hinc ex nostris alii spoliatorium / alii uestarium locum illum dixerunt:de quo Plinius Iunior sic ait.Inde apodyterium balnei laxum / & hilare excipit cella frigidaria:ALEARDVS.Non tam opportuna quam necessaria fuit de apodyterio licet subitaria: eruditio nouissimum restat Panthee de propingeo ænigma. PANTHEVS.Vere ænigma dixisti:quam uerissimũ est illud uulgo proculcatum uerbum.In decoriandis iumentorum pellibus tædiosissimam esse caudæ deglubiationem / nunc ariolando opus est omni haruspicina. Duplex est igitur huius nominis lectio. alii uero Propnigeon. alii autem Propineon legendum affirmant. ALEARDVS. Q uid tu Panthee arbitraris. PANTHEVS. In utrãqꝫ partem inclinor : Si Propnigeon malimus. cum locum appellabimus / in quo assæ fiebant sudationes παρα το πνίγειν Hoc est a stipando suffocandoqꝫ.Q uod expressisse uidetur Cicero ut supra docuimus in epistola ad Atticum sic scribens.In Balneariis assa in alterum apodyterii locum promoui. Assarum quoque sudationum meminit Cornelius dicens. Tremor autem Neruorum æque uomitu / medicamentisque urinam mouentibus intenditur : inimica etiam habet Balnea / assasque su/

Apodyteriũ

Prognigeon

Propnigeon

dationes: ALEARDVS. His attestationibus putarem hanc esse non a uero abhorrentem sed potius congruam uocabuli diffinitionem. PANTHEVS.

Propineō Si uero Propineon legendū putamus locū esse affirmauerim: Quem Plinius in uilla surentina gustatoriū appellat προπνιγεῖον . n. prægustatio dicitur:

Gustatorium: Quom inter reliquas balnei celas gustatoria & aliæ breues cœnationes extruerent teste eodem Auctore. HERMOLAVS. Posteriori sniæ magis assentior ALEARDVS. Vtraq; suis innitit rationibus: PANTHEVS. Quæ obscuriora ex Vitruuii lectione uidebant cōmodū (ut puto) enodauimus. ALEARDVS. Immo scite & luculenter quod nil addi possit: PANTHEVS. Verum unū restat scitu non iniucūdū quod quom meo iure edissferuero finē de Gymnicis exercitiis faciemus. ALEAR. Quid? PAN. Cognoscere qd scit Xystus ALEARDVS. Verum dicis in mente fuerat id a te requirere sed exciderat.

Xystus. Vitruui9 de Xysti forma PANTHEVS. Xystus enim teste Vitruuio est græca appellatione porticus ampla quæ in hūc modum ab illo describit. Hæc autem inquit porticus Xystos apud Græcos uocitatur ꝙ Athlætæ per hyberna tempora in tectis stadiis exercentur: Faciūda autem Xysta sic uidentur ut inter duas porticus syluæ aut Plantationes Et in his perficiantur inter arbores ambulationes ibiq; ex opere signino stationes. Proxime autem Xystum & duplicem porticum designentur Hypethra hæ ambulationes quas græci Paradromidas nostri Xysta appellāt: In quas per Hyememem ex Xysto sereno cœlo Athlætæ prodeūtes exercentur.

Hypethra ALEARDVS. Planissima est per Vitruuium Xysti descriptio sed quid cū Xysto de Hypethra implicatio? PANTHEVS. Ea scilicet ꝙ sub Xysto tectis stadiis si Hypethra sub diuo exercentur Palæstritæ: unde illi nomen. ὑπο τοαθρας .ideſt sub sereno: ALEARDVS. Cohæret. PANTHEVS. Sed attendite quæso Pliniū q̄ amœnissimam Xysti ambulationem arboribus consitam in Vitruuii contestationē ante oculos pictam ostendat. sic ait: Multa in

Ex Plinio Xysti descriptio. hac membra: Atrium etiam ex more ueterꝫ: ante porticum Xystus concisus in plurimas species distinctusq; buxo demissus inde pronusq; puluinus: cui bestiaꝝ effigies inuicem aduersas buxus inscripsit Acanthus in plano mollis & pene dixerim liquidus ambit hūc ambulatio pressis uariæq; tonsis uiridibus inclusa. ALEARDVS. Quid hac amœnitate amœnius? sed unde illi nomē?

xystus unī xistici xystiphori Paradromides: Hypodromus. PAN. Quod in eo palæstritæ hastilibus exercerent uel ꝙ eius forma longo oculoꝝ prospectu in cuspidē fastigiata spiculi spēm præ se ferat nam ξυςος hastile spiculūq; dicit inde Xystici athletæ a grauissimis auctoribus nūcupati sūt ut apd Suetoniū in Augusto legere ē Xystophoriq; spiculatores fuerant. AL. Si recte memini Xystos alio noīe Paradromidas dixisti. PAN. Ex Vitruuii snīa dixi. AL. Cur? PAN. Q d i eis athletæ cōcursarēt. παραδρομος. n. cōcursus dicit eaq; coitio eē porticū q̄ ab eodē uerbo mutata ꝑpositione Plinius Hypodromum uocitauit eiusq; ornatissimam speciem non a Xysto di-

screpantem his uerbis pingit Hanc dispositionem amoenitatemq̃. Tectorum longe praecedit Hypodromus medius patescit statimq̃ intrantiũ oculis totus offert: Platanis circuit illae hedera uestiunt utq̃ sũmae suis ita me alienis fron dibus uirent: hedera truncũ & ramos pererrat: uicinasq̃ platanos transitu suo copulat. Has Buxus interiacet: Exteriores Buxos circũ it laurus umbraeq̃ pla/ tanorũ suã confert. Rectus hic Hypodromi limes in extrema parte hemiciclo frangit. mutatq̃ faciem cupressis ambit. Et tegit densiore umbra opatior ni/ griorq̃ interioribus circulis (sũt enim plures) purissimũ diem recipit: Inde ro sas offert. umbrarũq̃ frigus non ingrato sole distinguit: Finito uario illo mul/ tiplicíq̃ curuamine recto limitte reddit ne huic uni nam uiae plures intercedẽ tibus buxis diuidunt. alibi pratulũ. alibi ipsa buxus interuenit in formas mil le descripta litteris interdũ quae modo nomen domini dicũt modo artificis al/ ternis metulae surgũt alternis inserta sũt poma. & in opere urbanissimo subita uelut in lati ruris imitatio mediũ in spatiũ breuioribus utrinq̃ platanis ador/ nat. Post has Acanthus hinc inde lubricus & flexuosus Deinde plures figurae. Pluraq̃ nomina: ALE. Quid ad hanc amoenitatem addas Hermolae: HER. Florida uerborum copia ne dicam luxurianti adeo exornauit Plinius amoe/ nissimam Hypodromi stationem ut supra fidem uideatur eius descriptio. AL. Admiror uehementer romanos sua litteratura locupletes: Cur Graecis denomi nationibus potiusquam latinis aediũ mansiones appellitare maluerint. HER. Cum perditissimis eorum moribus graiam utiq̃ receperũt quasi domesticam linguam: PAN. Hoc exclamat Vmbricius apud Iuuenalem prouolutam sce/ leribus omnibus romam fugiens.

Hypodromi descriptio ex Plinio

Et quos praecipue fugiam properabo fateri
Nec pudor obstabit non possum ferre Quirites
Graecam urbem quis quota portio faecis Achee
Iam pridem in Tyberim Syrius defluxit Orontes:
Et linguam & mores & cum tibicine chordas
Obliquas nec non gentilia Tympana secum.
Vexit & ad circum iussas prostare puellas:

Iuuenalis in Romanos effectos graecos.

ALE. Quantũ ab illa ueteri probitate sex ista hominum degenerarat. PAN. Non modo uiros sed foeminas ex latinis graecas factas his carminibus Auctor idem grauissime coarguit.

Nam quid rancidius q̃ q̃ se non putat ulla.
Formosam nisi quae de Thusca graecula facta est.
De submonensi mera Cecropis omnia graece
Quom sit turpe magis nostris nescire latine
Hoc sermone pauent hoc iram gaudia curas.
Hoc cuncta effundunt animi secreta quid ultra

Iuuenalis in Romanas foeminas

Concūbunt Græce:& reliqua quæ pudoris gratia ꝑtereo. HERMOLAVS. Hactenus licet : PANTHEus. Ob has ex græcis nomenclaturas attenditeīq̄ elegāter in suos romanos inuehač Varro poſtq̄ maioꝝ uitam laudauit ꝙ rura colerent:ſtatim ſubdit quod dū ſeruauerūt inſtitutū utrūq; ſūt conſecuti:ut & cultura agros fœcūdiſſimos haberent:& ipſi ualitudine firmiores eſſent:ac ne grçcoꝝ urbana deſiderarent gymnaſia:quæ nūc ſatis uix ſingula ſūt:nec putāt ſe habere uillam:ſi non multis uocabulis retineant grçcis.quin uocent particulatim loca procœconam: Palçſtram: Apodyteriū: Perhyſtilon: Ornithona: Periſteron: Oporothecen: ALEAR. Obtuliſti occaſionem ut hæc quoq; a te edoceri cupiam Panthee. PANTHEVS. Ad rem noſtrā minime faciūt: ALEARDVS. Quid ni? attamen ad peritiam : PANTHEVS. Si ita libet addam & hoc auctariū:ue ꝝ erit exteporanea eruditio. AL. Vt ut ſcietis:adde : Imprimis quæ ſit Procœcona. PANTHEVS. Ex primis annis quibus inter elucubrādū percurri Varronis agriculturam ambiguæ ſemper fui ſnīę: quom hoc nomen procœconā offendiſſem: & mecū diu cogitans:demū arbitratus ſum aliā eſſe huius uocabuli lectionem. & in caſu accuſandi Procœcona legendū eſſe:ꝗ

Varro in Romāos:

Procœcō. Procœcon eſſet locus ante cubile:in quo miniſtri ad dominoꝝ cuſtodiam: ſeu ad exprompta ſeruitia ueluti apparitores peruigilare ſoliti erant:dictus πα ρα το προκοιτειν. Q̄d excubarē.uel ότι προ του κοιτωνος ꝙ ſit

Proſœcōa añ cubiculū. ALE. Non eſt indecora hæc tua excogitatio. PAN. Alia me tamen mouet litteratura:ut Proſœconam legendū putem:quæ ſola litteræ mutatione Varroni concordat:quaſi locū ante habitationem ueluti ueſtibulū ότι προς οικον. Q̄d ſit añ domū. HERMOLAVS. Vtraq; lectio ad ueritatē alludit. PAN. Ceteꝝ inter narrandū mihi ſuccurrit:quod olim apud Lucianū grçcoꝝ eloquentiſſimū me legiſſe meminerim:qui inter domus māſiones Pro

Procœconoma. cœnoma locū eē cōmemorat ſic iqens. Καὶ μὴν συνίεμαι.ὡς ουχ οαυτος περὶ τα θεαματα νομος. ἰδίωταις τε καὶ πεπαιδευμένοις ἀνδράσιν. ἀλλα τοῖς μεν απο ρχη το κοινον τουτο ἰδεῖν το προκοίνωμα.ουτω καλον χωρίον καί περίβλεψαι.καὶ τωο θαλμω περιέγχειν.καὶ προς την οροφην αναχυφαι. AL. Quisnā locus hic in ædibus fuerat: PAN. Quantū ex uocabuli līatura coniicio:is erat quo ad cōmunionem: conſocietatemq; homines conueniebant. κοίνωνία enim ſocietas dicič.ab eo ſi q̄dē cū præpoſitione fit Procœnoma. HER. Luciani auctoritas me in poſtremā deflectit a te recitatā ſententiam. ALEAR. Ex ordine cognoſcendū erat de Apodyterio:& Palæſtra: ſed de his in ſupioribus ſup:& ſatis dictū eſt. Sequič ut ediſſeras de periſtylo. PAN. Periſtylos ut ſonat manifeſta uocabuli nominatio appellatur locus ex omni parte intercolum

Periſtylus naribus ſpatiis circūſæptus ςυλος enim Columna interpretač. HER. Memini me ex Vitruuii architectura legiſſe plura a Stylo conformata nomina.

PANTHEVS. Sūt ædium species quinq; Pignostylos. Areostylos. Systylos. Dystylos. & eustylos. HERMOLAus. Hæ sūt. ALEARDVS. Nec hæ prætereundæ sunt Panthee. PANTHEVS. Si sic libet: edisseram. Erāt enim ædium species a uario colūnationis ordine cognominatæ: quarum prima Pignostylos est a crebris columnis uocata: cuius intercolūnio unius & dimidiatæ columnæ crassitudo interponi poterat: sicut econtrario Areostylos a rara intercolumnatione: Quapropter nec lapideum: nec marmoreū epistylum recipit. sed de materia trabes perpetuas. Systylos uero est in qua duaꝝ colūnarum crassitudo intercolumnio poterit collocari: hæcq; est ex remissioribus columnis: Sicut & Dystylos: cuius triū colūnaꝝ intercolūnati spatio interponit crassitudo Eustylos autem maxime probabilis est: ad usum ad spacium: & ad firmitatem quæ duas capit crassitudines: & partem unius quartam: Has sane quinq; ædium species scriptores de architectura recentiores latis uocabulis sic denominarunt. Confertū: dispensum: subconfertū: subdispansum: & elegans. ALEARDVS. Fuit hæc mihi non iniucūda ædium enumeratio. sed quē dicit Panthee Epistylū? PANTHEVS. Lapis est perpetuus ab una ad alteram colūnam superimpositus. Quod columnæ imponat dictus. ALEARDVS. His recte a te Panthee declaratis exposcit Ornithō ut de se uerba facias: PANTHEVS. Faciamus: Ornithon si quidem dicit auiarium ab auibus: & gallinis quas græci ὀρνίθας appellant: de quo sic inqt Varro: Primus enī ille gradus antiquus maioꝝ nostroꝝ erat: in quo essent auiaria duo dūtaxat in plano Coors: in qua pascebant gallinæ: & eaꝝ fructus erant oua: & pulli: alter sublimis: in quo erāt columbæ in turribus: aut in summa uilla: Cōtra nūc auiaria sunt nomine mutato: q; uocant Ornithones: quæ Palatū suaue domini parant: ut tecta maiora habeant: q; totas uillas: in qbus stabulantur Turdi: ac Pauones: Ornithonis autem ædificium idem auctor capite de turdis accurate faciendū edocet. Cuius tres describit species: Prima fuerat: quæ ex saginatis auibus utile lucrum uillico præstabat. Ornithon: alter erat: quod auiariū seclusoriū appellabant: Quoniam quom idoneas aues sumere uolebant: ex maiore in hoc minusculum lumine illustriore secludebant. Vnde illi nomen. Tertium fuit animi causa constitutū: quale habuit Ornithotrophion. M. Lenius Strabo Brundusii. aut in tusculano Lucullus: aut quod sub casino Arius a Varrone copiosissime descriptū. ALEARDVS. Idem est Ornithon: & Ornithotrophion: PANTHEVS. Est Ornithotrophion tū proprie dicit locus ubi aues pascunt τροφὴν enim græci cibū pabulūq; appellant: Quandoq; Idem Varro illud Ornithoboscion nominat παρὰ τὸ βόσκειν qd est pascere: eodē modo Anseꝝ Auiariū: Chenoboscion nominat χὴν enim anser dicitur. Erat insuper Nesotrophion idest anatum auiarium. De quo Varro idem ait. subtus columnaꝝ Stylobatem est lapis a falere pedem & dodrantem alta. ipsum Falere ad duos pe/

AEdium spēs. Pignostylos Areostylos Systylos Dystylos Eustylos Confertū Dispensū Subconfertū Subdispansum Elegans Epistylus Ornithon Varro de auiariis Auiaria Ornithonis ędificatio ex Varrone Auiariū seclusoriū Ornithotrophion Ornithoboscion Chenoboscion Nesotrophion.

des altum a ſtagno: Latum ad quinq: infimo intra falere: & naualia ſunt exca uata anatum ſtabula.hæc ille: Neſotrophion igit̃ locus dicitur ubi anates pa/ ſcuntur: νῆσσα enim anas appellatur.ALEARDVS.In tuorum auctorum ci tatione Panthee continue quicquam addis: quod a te edoceri cupiam. PAN/ THEVS. Quid? ALEARDVS .Nunquam mihi notum fuit: quid falere: quid Stylobates ſit. HERMOLAVS.Nec mihi. PANTHEVS. Addam

Falere — & hoc ſuperpondium: Quantum ex Varronis lectione coniicio: erat falere mu nimentum ex materia in turriculæ morem circa Neſitrophii lacum editum.ex cuius ſuggeſto: ubi ſolent eſſe Peripetaſmata prodibant aues in ſtagnum: ac na

Falæ — tabant: dictum (ut puto) falere quia teſtibus Marcello: & Feſto Falæ turres di

Falon — cuntur altæ ab Etruſcorum lingua: qui Falon cælum dicunt: hinc deductum Falere affirmare auſim .ALEARDVS. Quadrat iſthæc interpretatio . ſed

Styloba/tes — quid de Stylobate? PANTHEVS . Eſt legere apud Vitruuium in operum fundationibus φ in ſolido ſolo ex amplitudine operis parietes extruuntur ſub columnas dimidio craſſiores: quam Columnæ ſunt futuræ: uti firmiora ſint in

Steroba/tes — feriora ſuperioribus: Quæ Sterobates appellanrur. Nam excipiunt onera: Paulo poſt addit idem Auctor: Extructis autem fundamentis ad libramen// tum Stylobatæ ſunt collocandæ.ſupra Stylobatis columnæ diſponendæ ſunt: illis ergo a ſoliditate nonmen inditum eſt. ϛερεὸς enim ſolidum dicitur: iſtis autem φ in eis columna innitatur.βαίνειν inniti aſcendereq; eſt . ALEAR/ DVS.Non unam ſed plures Ornithonis ſpecies erudite enarraſti Panthee.

Periſterō — Quid de Periſterone? PANTHEVS.Periſterona Columbarium dixerunt. Quoniam Græci περιϛερὰς Columbas nominãt. Quod alio uocabulo

Periſtero: — Varro Idem Periſterotrophion appellat: quaſi locum ubi Columbæ paſcuntur

Periſteros herba. — Cuius & formam deſcribit camerata teſtudine.ALEARDVS.Eſt & Periſte/ reos herba a Columbis deducens uocabulũ: de qua Plinius ſic inquit.Periſtere os uocat̃ caule alto: foliato cacumine in alios caules ſe ſpargens colũ bis admo

Verbena: ca: — dũ familiaris: Vnde: & nomen.ALEARDVS.Ea eſt: quam noſtri uerbenacã dictitant.PANTHEVS. Minime.quom Periſtereon illa: Periſtereos hæc di/

Periſtereō q̃ Hiero/ botane & Verbena: ca. — cat̃: De qbus Dioſcorides: & Plinius ſeparatis capitibus ſcribũt.ſed de Periſte reone audiamus Pliniũ ſic memorantem. Nulla tamen Romanæ Nobilitatis plus habet quam Hierobotane.aliqui Periſtereon: noſtri Verbenacam uocant. Hæc eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus: Hac Iouis menſa uerrit̃: domus purgant̃ iluſtranturq;.Genera eius duo ſũt: foliosa: quam fœminam putant: mas rarioribus foliis.Rami utriuſq; plures: tenues: cubitales: angulosi: folia minora: q̃ quercus: anguſtioraq; diuiſuris maioribus.Flos glaucus: radix longa tenuis.Naſcitur ubiq; in planis aquoſis.Quidam non diſtinguunt.Sed unum omnino genus faciũt.quoniam utraq; eoſdem effectus habeat. Vtraq; ſortiunt̃ Galli qui præcinũt reſponſa.ſed Magi utiq; circa hanc inſaniũt.hac

perunctos impetrare. quae uellint febres abigere: amicitias conciliare: nulliq; non morbo mederi. ALEARDVS. Ad unam quanq; tuae narrationis scriem aliquod erroris nubilū a mente depellis. PANTHEVS. Fuerūt & peristeri/des iuxta Smyrnam teste Plinio insulae. Quas sic dictas arbitrādū est. Quod Colūbarū agminibus abūdarent. Veluti Cunicularia insula ab eodem anima/lium genere dicta. Pithecusae quoq; a Symiis quas Graeci Pithecos uocant. Dracontonesos item Libyes insula a Draconum multitudine: quibus regio ea abundare solet. Nec minus Arctonnesos ab ursorum copia: Sicut Lagusa a leporum uenatu: & Sepiusa a Sepiarum piscatu: Sed ad Peristereonis auia/rium redeamus: In eo nanq; tria Columbarum genera antiqui pascere con//sueuerūt agreste quod & saxatile dicebant. Quia in turribus ac columini/bus uillae a quo appellatae Columbae habitabant. Alterum genus clementi/us est: quod cibo domestico contentum intra limina Ianuae solet pasci: Ex his duabus stirpibus fit Miscellum tertium genus Eructus causa. ALEAR/DVS. Per pulchra est haec Columbarum discretio. PANTHEVS. Ad/do aliam eruditionem. quae ex tempore mihi succurrit. Ex Plauti enim le/ctione didici exponente Festo Columbare quoq; in naui esse locum quendam: Verba sunt Plauti in scribam Naualem: Non ego te uidi Naualis scriba Co lumbari impudens: & subdit festus. siue q; Columbaria in Naui appellan//tur: ea quibus rem geminent. siue q; Columbariorum quaestus temerarius incertusq; est. ALEARDVS. Quis scriba Naualis? PANTHEVS. Idem Festus de eo sic inquit Scriba Naualis qui in Naue apparebat: inter ali ud genus scribarum minime dignitatis habebatur: quod periculis quoq; eius ministerium erat obiectum: ALEARDVS. Reliquum est Panthee de Oporotheca: PANTHEVS. Oporothecae Reconditoria pomorum erant dicta quia οπωρα Poma θηκη Locus repositoriumq; dicitur. In quo Te/ste Varrone conditicia mala in annum seruabant. Oporice etiam medica/mentum: id dicitur: quod ex pomis arborumq; fructibus componitur. Hinc & Oporophylation: Tugurium scilicet: quod in hortis ad pomorum cu stodiam fit. φυλαττω enim custodio dicitur. ALEARDVS. Non medio/crem sane caepimus de Isthac expositione uoluptatem: HERMOLAVS. Satis est Alearde de Gymnicorum exercitiis; superest ut tu pro artis medicae doctrina de alterius exercitationis sudore nobis satisfacias. ALEARDVS. Si ita iubet faciam: Alter autem per exercitium sudor: quamuis sit omnibus facile notus: Tamen multum refert: Quibus horis a quibusq; fieri conue/niat. HERMOLAVS. Ante omnia Alearde id mihi edisseras uelim: quod dudum de exercitationis sudore me suspensum tenet. ALEARDVS. Quid illud est? HERMOLAVS. A Recentioribus Physicis saepius me audi/

Peristeri/des insulae
Cunicula/ria insulae
Colūbarū genera
Saxatile
Colūbae unde
Miscellū
Colūbare
Scriba naualis
Oporo/theca
Oporice medica/mentū
Oporo/phylatiū

uisse memini / id præcipue attendendum in exercitatione / ut uelox fiat: Citra tamen intentionem / & uiolentiam / desinendumq́ esse ad primum sudorem / cur ergo præcipitur / ut his generibus sicci caloris e corpore sudor uberrime eliciatur? ALEARDVS. Non ab re hoc te pulsat dubium: Primum aduertendum est / sudationem non omnibus æque concessam esse: Ea & enim

Quibus mouēda sudatio

mouetur his quibus humor intus nocens est: Vtilis igitur est neruorum uitio laborantibus / nimiũq́ repletis: Datur etiam hæc exercitatio robustioribus qui tamen sine febre sunt: uel initio morbi / uel etiam grauibus morbis tenentur: At in bene se habentibus diuersa est exercitii / Ratio / quam ad corpus ser

Cælsus de exercitio faciēdo

uandum Cælsus his uerbis custodiendam tradit: Prima eius curatio exercitatio est / quæ semper antecedere cibum debet / in eo / qui minus laborauit / & bene concoxit / ampliori / In eo qui fatigatus est / & minus concoxit: Remissior. Commode uero exercent clara lectio / arma / pila / cursus / ambulatio / atq́ non utiq́ pla

Exercitii spēs plures

na commodior est, si quidem melius ascensus / quoq́ & descensus, cũ quadam uarietate corpus moueat / nisi id perquam imbecillum est. melior autem sub diuo / quam in porticu / melior / si caput patit' / in sole / quam in umbra / quam parietes / aut uiridaria efficiũt quamq́ tecto subest: melior recta / quam flexuosa. Exercitationis autem plerũq́ finis debet esse sudor. aut certe lassitudo / quæ citra fatigationem fit: idq́ ipsum modo minus / modo magis faciendũ est / ac / ne is / quidem athletarum exemplo / uel certa esse lex. Vel in modicus esse labor debet: Prætermissis igitur uariis exercitii speciebus / quas nostri auctores ad curanda mortalium corpora multis modis tradidere. ex hac sola Cælsi auctoritate cognoscimus / qualis esse debeat corporis integri exercitatio. Quod domestica / & ciuilia tenent. HERMOLAVS. Perquam commóda est hæc exercitii norma / hisq́ rationibus omne ambiguitatis uulnus é pectore amputasti. sed Alearde scire cupio / quod est signum integri corporis. ALE

Signa integri corporis:

ARDVS. Facile ex prædicti auctoris doctrina cognoscere est / hoc scilicet quom quottidie mane Vrina alba / dein ruffa est, illud concoquere / hoc concoxisse significat. Panthee nil de isthac exercitatione profers? PANTHEVS. Clauam de manibus eripuisti. in ea re solum Cælsum habebam auctorem: Tamen in me memoria fallit / succurit Senecæ in facilem exerci

Seneca d facili exercitatione

tationem commendatio. Qui de ea sic inquit: Sunt exercitationes & faciles / & breues / quæ corpus sine mora laxant; Et tempori pareant; Cuius præcipue ratio habenda est / cursus / & cum aliquo pondere manus motæ / & saltus / quod ille qui corpus in altum leuat / gestatio insuper & corpus concutit / & studio non officit, possis legere / possis dictare / possis loqui / possis audire: Quorum nihil nec ambulatio quidem uetat fieri. HERMOLAVS. A Cælso non dissidet Seneca: PANTHEVS. Contra idem auctor corporis fagi

nam seueriſſime deteſtatur ad Lucillum ſic ſcribens: Stulta eſt enim & mini/me conueniens litterato uiro occupatio exercendi lacertos. & dilatādi ceruicem & latera firmandi: Quom tibi feliciter ſagina ceſſerit nec uires unquā optimi bouis: nec pondus æquabis. Adiice nunc ꝙ maiore corporis ſarcina animus eliditur: & minus agilis eſt: Itaqꝫ quantum potes, circumſcribe corpus tuum & animo locum laxa. multa ſequuntur incommoda huic deditos curæ: Primum exercitationes, quarum labor ſpiritum exhaurit, & inhabilem intentioni, ac ſtudiis acrioribus reddit: Deinde copia ciborum ſubtilitas impeditur. Accedunt peſſimæ notæ mancipia in magiſterium receptat homines inter Oleum & uinum occupati, quibus ad uotum dies eſt actus: ſi bene deſudauerunt, ſi in locum eius quod effluxit, multum potionis altérius ieiuno gutture ingeſſerunt. bibere, ſudare, uita cardiaci eſt. HERMOLAVS. Fuit Seneca temperantiæ quam obſeruantiſſimus: ALEARDVS. Fuit Stoicæ ſectæ rigidus ſectator: PANTHEVS. Ni ueritus ſim a uobis damnari prolixitatis, addam, qua acerbitate ſecet uentri deditos. Quorum mancipia per magiſteria gulæ enumerat. HERMOLAVS. Referas uelim. Quando is auctor eſt: Cuius lectio nulli tedio eſſe poteſt: PANTHEVS. Sic inquit ſeruorum officia percenſens: Alius pretioſas aues ſcindit, & per pectus, & clunes certis ductibus circunferens eruditam manum in fruſta excutit: Infœlix, qui uni huic rei uiuit, ut altilia decenter ſecet: niſi ꝙ miſerior eſt. Qui hoc uoluptatis cauſa docet. Quam qui neceſſitate dixit: Alius cui conuiuarum cenſura permiſſa eſt. Præſtat infœlix & expectat, quos adulatio & in temperantia, aut gulæ, aut linguæ reuocet in Craſtinum. Adiice obſonatores, quibus dominici palati noticia ſubtilis eſt, q ſciũt cuius illum rei ſapor excitet. Cuius delectat aſpectus: cuius nouitate nauſeabundus erigi poſſit, quid iam ipſa ſocietas faſtidiat. Quid illo die eſuriat. ALEARDVS. Credimus in quenq̃ noſtri quoqꝫ æui hanc eſſe nõ ineptam taxationẽ? HERMOLAVS In Plurimos arbitror. ſed ad rem noſtram: abſte quæro Alearde. Quid ſeruandum ab eo cui integrum corpus eſt. ALEARDVS. Plurima ſunt: ut uellicatim ex diuerſa medicorum annotatione perlegere. eſt. PANTHEVS. Non mihi hic deeſſe uelim Hermolae, nec præoccupanti Aleardo (bona tamen eius uenia) locum dabo: ALEARDVS. Faceſſo Panthee: tu dic. PANTHEVS. Compendioſam uitæ ad rectā ualitudinẽ normā in unũ coegit. Cælſus ad hũc modũ ſcribens. Sanus inqt homo qui & bene ualet & ſuæ ſpontis eſt: nullis obligare ſe legibus debet, ac neqꝫ medico, neqꝫ alipta egere. Heus Aliarde: audis: ALEARDVS. Recte inquit curandum eſſe non egeas: ſed quom egeas qd? ſed perge. PANTHEVS. Subdit auctor: Hunc oportet habere uarium uitæ genus: modo ruri eſſe: modo

Cõtra corpore ſaginatos.

Cõtra dedicos uẽtri.

Quid ſeruādũ hoĩ ſano

In urbe: sæpiusq; in agro: Nauigare uenari: qescere interdum: sed frequentius se exercere: si quidem ignauia corpus hebetat: labor firmat: illa maturam senectutem: hic longam adolescentiam reddit: Prodest etiam nullum cibi genus fugere: quo populus utatur. interdum in conuiuio esse interdum ab eo se retrahere: modo plus iusto: modo non amplius assumere: bis die potius: quam semel cibum capere. & semper quam plurimum: dummodo hunc concoquat. Sed huius generis exercitationes: cibiq; necessarii sūt. sic athlætici superuacui: nam & intermissus propter ciuiles aliquas necessitates ordo exercitationis corpus affligit: & ea corpora quæ more eorum repleta sūt celerrime: & senescūt: & ægrotant. HERMOLAVS. Optima est institutio ad salutem cōtuendam. ALEARDVS. Tenes Panthee memoria quid ille catholicos obseruandum doceat in singula anni parte: PANTHEVS. Ni fallor: Teneo: sed uereor ne longiuscula sit repetitio. HERMOLAVS. Nil aures fatigat: quod animum uoluptate adlectet: PANTHEVS. Inquit ille tempus anni considerari oportet. Hyeme plus esse conuenit: minus: sed meracius bibere: multo pane uti: carne potius elixa: modice oleribus. semel cibum capere: nisi si minus uenter astrictus est. si prandet aliquis: utilius est exiguum aliquid: & ipsum sine carne sine potione sumere: eo tempore anni calidis omnibus utendum est: uel calorem mouentibus: Venus tum non æque perniciosa est. At uere paulum cibo demendum est: adiiciendumq; potioni: sed dilutius tamen bibendum est: magis carne utendum magis oleribus: Transeundum paulatim ad assa ab elixis: Venus eo tempore anni tutissima est. Aestate uero: & potione: & cibo sæpius eget. ideo prandere quoq; commodum est: eo tempore aptissima sunt & caro: & olus potiusquam dilutissima: ut & sitim tollat: nec corpus incendat: Frigida lauatio: caro assa: frigidi cibi: uel qui refrigerent: ut sæpius autem cibo utendum: sic exiguo. Per Autumnum propter cœli uarietatem periculum maximum est: itaq; neq; sine ueste: neq; sine calciamentis prodire oportet: præcipueq; diebus frigidioribus: neq; sub diuo noctē dormire: aut certe bene operiri: Cibo uero iam paulo pleniore uti licet: minus: sed meratius bibere: Poma nocere quidam putant: quæ immodice toto die plerūq; sic sumuntur: ne quid ex densiore cibo remittatur: ita non hæc. sed consumatio omnium nocet: Ex quibus in nullo tamen minus quam in his noxa est: sed his uti non sæpius: quam alio cibo non conuenit: Deniq; aliquid densiori cibo quem hic accedit: necessariū est demi: Neq; æstate: neq; autūno utilis uenus est: Tolerabilior per autumnum: æstate in totum: si fieri potest abstinendum. HERMOLAVS. Hæc Cel. ad uiuēdū norma strictim enarrata: perq; belle placet. Cæterū post eaq; satis superq; de factitiis Balneariis ultro citroq; relatū est. superest iur de naturalibus thermis: quarū inter nos fuit cōtentionis exordiū: Alearde edisseras:

Quid seruandū in uita tpe hyemis

Quid tpe ueris

Quid tpe Aestati:

Quid tpe autūni

ALEARDVS. In me nulla est mora. sed uereor Hermolae nos potius inclinata iam uespere deseret q̃ prolixa de natiuis stagnis disputatio. PANTHEVS. Præstat igit᷑ ut in sequentem lucẽ eam pertractandã longiore ocio seruemus. HERMOLAVS. Sic tibi uidet᷑ Alearde? ALEARDVS. Conuenio cũ Pantheo. PANTHEVS. Mihi hæc q̃ gratissima est decrastinatio: dabit᷑ enim spaciũ ad lucubrandũ. Qua paratior in campũ descẽdã: ut cũ Alcardo æquo marte stare possim: ALEARDVS. Te Panthee accinctũ aduelitationem futuram expecto: PANTHEVS. Promptus adero: mecũq; eos adducã in aciem proceres: antesignanosq;: Quibus difficile resistes. & si non uiribus ualuero: saltem armatoꝶ numero te superare contendam.

Tertii Diei Disceptatio de Thermis Generaliter: & de Fontibus Caldariaꝛ nis specialiter. Eidem Interlocutoribus incipit.

ALEARDVS



ERI Hermolae ad spirantem auram non iniucundam de Balneariis facticiis disputationem magna cũ uoluptate per soluimus. Vis hodie in anteriore area ad piscinæ marginẽ sub Pampineis uitium umbraculis uiridi gramine sedentes quod restat de thermis naturalibus explicemus. HERMOLAVS. Immo suadet: inuitatq́ꝫ genialis loci amœnitas. ALEARDVS. Ex cœnatione (si libet) in paratam stationem descẽdamus. HERMOLAVS. Eamus: en q̃ uoluptario sub frondiũ tegmẽto consedimus. Eia Alearde: tua dicendi exordia expectamus, in te omnium ora conuersa sũt: a te depẽdemus. ALEARDVS. Hæ partes sunt Panthei: q hesterna abitione pollicitus fuerat: se affuturũ in disputatiõe ex lucubratiũcula longe paratũ: ali qd ne noui attulisti? PANTHEus. Afferã: q̃ forte nõ putasti: & tibi p̄ter spem eueniet: auctoritatibus. n. magnoꝝ nominũ succenturiatus uenio. ALEARꝛ DVS. Hui ampulatis uerbis me pene territas: ALEARDVS. Euolui ego quoq́ꝫ nõ postremos philosophiæ scriptores: AL. Heus placet: sed quos? Pythaꝛ gorã fortassis: an Platonẽ? an Aristotelẽ. PANTHEVS. Præter hos nõ putas & nostros auctores aliq̃n philosophari. ALEARDVS. Qui quæso sũt? Cedo PANTHEVS. Audies inter alios Senecã seruata latini sermonis maiestate: aliosq́ꝫ nõ extremæ notæ auctores philosophãtes: ALE. Rei mihi insolitæ graꝛ tissimas aures p̄stabo: Sed Hermolae Iã pagamus q̃ fuit inter te & Pãtheũ de Thermis naturalibus q̃stio. HERMOLAVS. Cupio. admirabamur sup oĩa inscrutabile naturæ secretũ: quonã fiat mõ: ut tanta aquaꝝ uis cauernoso terræ cõceptaculo cõdẽset? Vnde tot fontes indeficientes fluminaq́ꝫ ppetuo scaturiãt defluãtq́ꝫ: qua ue ex causa aliubi gelidæ: aliubi calentes prorũpant undæ: Quę ope medica oĩbus pene ęgritudinũ morbis auxilient? ALEARDVS. Ea quæ stio Hermolae nõ mõ uestros animos: Veꝝ omniũ philosophantiũ dudũ pulꝛ sauit: Qui innumerabiles de hac re p̄spicaci ingenio reddere conari sũt rõnes: Veꝝ nos potiores tñ ut in promptu erunt recensebimus: PANTHEVS. An nuo libenter Alearde te primũ tuos recitare philosophos: ut mihi deinde copia det̃ in altero cornu Oratoꝝ: & poetaꝝ explicare præmunitas alas. ALEARꝛ DVS. Esto. ut libet Panthee. Sed qd cũ Oratoribus poetisq́ꝫ hæc philosophiꝛ ca congressio? succumbet tua leuioris armaturæ manus: nec graues Heroum ictus tolerare quibit. PANTHEVS. Iam iam uidebimus: HERMOLAVS Nescio Panthee an uires suppeditabunt animo. Sed iam Alearde ineas duellũ & de fluuiorum primodiis tuas extrue cateruas. ALEARDVS. Autumant oẽs sanioris doctrinæ philosophi montiũ cauernas locũ generatiõis p̄stare flu

Fontiũ & fluminũ generatio

minibus: Montes naq; concauitates ſpongioſas: lateraq; ſaxoſa habentes. Frigiditatis largā copiam afferūt: ex qua facillime aqueus humor creat᷑. HER. Hoc difficile creditu uidet᷑. ALE. Rem præ oculis manifeſtario exēplo proponūt. Aiūt enim ſicut in diuerſis partibus aeris generant᷑ nubeculæ: Quæ plures reſoluunt᷑ in gutas: & cōglobatæ faciūt pluuiaꝝ initiū: ſic in uariis montiū partibus ex uapore incluſo agente frigiditate: nubes procreant᷑: quæ in unū aggregatæ reſoluunt᷑ in diuerſaꝝ uenaꝝ: principia: & concurrentes ad montis interna cōceptacula faciūt fluuioꝝ: atq; fontiū grandiores lacunas. PAN. Cateruatim ingreſſus eſt pugnā Aleardus: ut me abſterreret philoſophoꝝ turmis: ego unico primopilari fretus Seneca: Promam qđ ille in naturalibus q̄ſtionibus eadem pene ſentētia ſcribat: ut dignoſcatis q̄tū mihi profuerit una noctis lucubratio. ALE. Heus Panthee tibi gratulor. ex poeta te breui cōſumatū (uel una ut aiūt nocte ad boleti exēplar) exortū eſſe philoſophū. HER. Audiamus igr̄ Pantheū. PAN. Sic Seneca᷑ Aiūt habere terram intra ſe concauos receſſus: & multū ſpiritus: Qui neceſſario frigeſcit: graui umbra præſſus: deinde piger & immotus: quū in ſe deſiit: fere conuertit᷑: queādmodū ſupra nos mutatio aeris imbrem facit: ita infra terram flumen: at ſupra nos nō poteſt ſtare ſegnis diu: & grauis: aliq̄n enim ſole tenuat᷑: aliquando uentis expandit᷑: itaq; interualla magna imbribus ſunt᷑ Sub terra uero qcqđ eſt: quod illū in aquam conuertat: idem ſemper eſt: umbra perpetua: Frigus æternū: inextricata denſitas. ſemper ergo præbebit fonti: & flumini cauſas. HER. Vterq; ē ad punctū directus lāceæ ictus: at Seneca ornatioribus: pollicioribuſq; Ephippiis conſpicuus in aciem prodiit: ALE. Fateor: at nos phalerata iſthæc uerba minimi facimus modo feriat quocūq; direxerit arcus. PAN. Videor tibi Alearde optimū ſe legiſſe in philoſophia præceptorem: q: me unius inſtructione ex poetaꝝ cultore: fecit nō ſegnem philoſophiæ ſectatorē᷑ ALE. Optimū inq̄: & minimo aeris temporiſq; diſpendio. PAN. Iam mihi applaudo: ut animoſior ad hanc profeſſionē inſurgam. HER. Forſitā tibi aliud eſt de hac re Panthee᷑ PAN. Alia mihi eſt eiuſdem auctoris: q̄ ſubnectam non priori diſſonam: ſententia: ALE. Euge: ede Pānthee: PAN. Ait ille: Quidam exiſtimant: q; in exteriori parte terraꝝ paludes iaceant: magniq; & nauigabiles latus: Queādmodū ingenti ſpacio terræ porrecta ſunt maria infuſa uallibus: ſic interiora terraꝝ abundare aquis dulcibus: nec minus illic ſtagnare q̄ apud nos Oceanū: & ſi nō eius imo collatiuus: quia plus terra in altū patet: ergo ex illa profunda iſti amnes egerunt᷑: quos: quid miraris ſi terra detractos nō ſentit: quom adiectos Maria nō ſentiant᷑ HER. Plurimū Panthee Aleardo debes: q te ſua excitatione in profeſſionem a te alienā non paꝝ profeciſſe coegit: Sed ad rem noſtram: qđ eſt: q; acceſſionem fluminū Maria nō ſentiūt᷑ q; æque detrimentū exeuntiū terra nō ſentit᷑ PAN. Poſtea q̄ me non philoſophantem: ſed philoſophos recitantem audire uos oblectat: ut

Seneca đ origīe fontiū

pote qui fœnificiã Aleardil ficilimentaq; colligamlprgam fæpius noſtrũ rei te rare Senecã. Qui huic reſpondet admirationi ſic inqens: Quidam iudicãt terram qcqd aquaꝝ emiſeritlrurſus recipere. & ob hoc Maria non creſcere:qa qđ influxitlnõ in ſuũ uertũtlſed protinus reddũtloculto enim itinere terras ſubit ſed palam euenit. ſecreto reuertiť. Tolliturq; in tranſitu marel qđ pmultiplices terraꝝ anfractus uerberatũ amaritudinem ponitl& ſaporis uarietatem & prauitatẽ intenta ſui uarietatelexuitl& in ſinceram aquã tranſit. HER. Reddũt ne aliam philoſophi rationem & fluuioꝝ principiis? ALE. Reddũtl& alias pluresl ſed hanc præcipue: Quod uapor eleuatus in mediũ aeral Solis ac alioꝝ ſideꝝ calore conuertiť in aquã ui frigidi cõdenſantisl& per pluuiam decidit ad ima: Deſcendenſq; per rimas in montiũ receſſusldat fluuiisl& fontibus principiũ. quod ſatis credibile uideť lquom hyeme propter iuges pluuiaslnõ ſe alueis flũina recipiant. Rurſus æſtate hymbriũ penurialplurimũ minuanť. HER. Licet applaudat hæc ratiolnõ tamen mihi credibilis fit: PAN. Illam recitat & Seneca ut eandem ueris argumentis refellãt: ſic inquit ille: Quidam exiſtimãt quicqd ex hymbribus terra concipitluel in fluminaluel ad illam rurſus emittere l& hoc argumenti loco ponũtlq; pauciſſima flumina in his ſunt locislquibus rarus eſt hymber: Ideo ſiccas aiũt Aethiopiæ ſolitudines eſſe. Paucoſq; inueniri in interiore Aphrica fonteslquia feruida natura cœli ſit: & pene ſuper æſtiua: Squalidæ itaq; ſine arborelſine cultore harenæ iacẽt raris hymbribus ſparſælquos ſtatim combibũt. At contra conſtat Germaniaml Galliãq;l& proximã Italiam ab illislabũdare riuisl& fluminibus: Quia cœlo humido utunť l& nec æſtas hymbribus caret. Quam rationẽ multis argumẽtislidem auctor reprobat. ſed de multis unũ potiſſimũ recitabimus: Primũ exẽplo fieri poſſe negat: quom diligentes uineaꝝ foſſores affirment. nullã pluuiam eſſe tam magnaml quæ terram ultra decem in altitudinem pedes madefaciat. omniſq; humor intra primã cruſtam conſumiť. nec in inferiora deſcendit. HER. Mouet me facillime hæc ex foſſoribus aſſeueratio. ALE. Quã ſolida eſt. PAN. Ni uerear uobis nimiũ philoſophari l recenſeam duas eiuſdem auctores opiniones l quæ mihi de aquaꝝ initiis longe ueriſſime uidenť: ALE. Refer Panthee. Tuos iam libenter Oratores philoſophantes audiolquos nõ rebarde reꝝ principiis tã accurate inueſtigare licet eos de moꝝ cenſuris multa diſerte diſputãtes ſępius legeriml iam ſub tuis uexillis milito: HER. Heus tam cito tranſfuga factus es? ALE. Pro Pantheo uictoriã cerno: PAN. Sapiẽtis eſtlaccõmodare uela uentis: ſed ad remlſic inquit. Seneca de aquaꝝ principiis. Adiicias etiamlq; fiunt oĩa ex omnibus. ex aqua aerelex aere aqua. Ignis ex aerelex igne aere: Quare ergo ex terra nõ fiat aqua? quæ ſi in alia mutabis eſt: & in aquã: imo maxime in hanc: utraq; enim cognita res eſtlutraq; grauislutraq; denſal utraq; ad extremũ mũdi cõpulſa. Ex aqua terra fit. Cur nõ aqua ex terra? HER. Pulcherrimalme

Cur mare nõ ſentit fluminũ acceſſiolnem

Alia rõ de fluuioꝝ pricipiis;

Senecæ eađ ratio;

Deus adiuuet: et ex cōmutabili naturæ rōne argumentatio. huic reiectis oībus ad hæreo. ALE. Adhærendū est. qn̄quidē hęc una uerissima sit rō: PAN. Quid dicas Alearde: si poetas quos fabulosos appellare soletis: hoc idē decantantes adducam: ALEARDVS. Quid ni? Quid æque iucundius: q̄ audire poetam: Carminibus philosophātem: PAN. Audi ergo Ouidiū philosophicæ canentē:

Quatuor æternus genitalia corpora mundus
Continet. ex illis duo sunt onerosa: suoq;
Pondere in inferius tellus: atq; unda feruntur.
Et totidem grauitate carent. nulloq; præmente
Alta petunt: aer atq; aere purior ignis.
Quæ q̄q̄ spatio distant: tamen omnia fiunt
Ex ipsis. & in ipsa cadunt: resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras.
Aeraq; humor abit: dempto quoq; pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes:
Inde retro redeunt: idemq; retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit
Hinc in aquas: tellus glomerata cogitur unda:
Nec species sua cuiq; manet: rerumq; nouatrix
Ex aliis alias reddit natura figuras.

Ouidi⁹ de alterna elementoꝝ mutatiōe

HER. Laudāda est in Seneca signata pedestris sermonis grauitas. at laudabilior est in Nasone philosophādi ex prōpta p carmina facilitas: ALE. Vera narras. PAN. Vultis extremā addā de fluminū origine Senecę sniām? ALE. Rogamus: PAN. Plura de ea locutus demū sic inq̄t: Flumen nāq; facit copia: cursusq; aquę: Aquę dico pennis. Ergo q̄ris a me qūo aquę fiāt īterrogabo inuicē qūo aer fiat: aut terra: sed si in reꝝ natura elemēta sūt quatuor: nō p̄t interrogari un̄ aqua fiat: quarta. n. naturę ps est. Quid ergo mireris si reꝝ naturę tā magna portio: p̄t ex se semp effūdere? Quō aer: & ipa quarta pars mūdi uētos: & aurā mouet: sic aqua riuos: & flūina: si uētus est fluēs aer & flumen est fluēs aq̄ satis & multū uiriū illi dedi: quom dixi elemētū est: ītelligas qđ ab illo pficiscit̄ nō posse deficire. aqua (ut thales ait) ualētissimū elemētū est. Primū hoc fuisse putat: ex hoc surrexisse oia. HER. Hæc extrema Senecę rō omniū philosophātiū ora cōclusit: supfluasq; de hac re iactatas ambages æterna naturę moderatiōe resecauit. Iā satis de aquaꝝ pricipiis: Sed alia mihi insurgit scitu digna (ut arbitror) dubitatio: ALE. Quę? HER. Si ppetuę sūt cāę: qbus flumina oriūt̄ ac fontes. q̄re aliqn̄ siccāt̄: aliqn̄ qbus nō fuerūt locis exeūt? ALE. Nostri auctores reddidere nō reiiciēdas rōnes: & lōga reꝝ serie recolēdas: uelim Pāthcū breui sui cēturiōis cōpēdio tibi satisfactū iri. PAN. Neq; ī tactū hoc p̄terit ille: sic dicēs. Sępe motu terraꝝ itinera turbāt̄: & ruina iterscindit cursus aqs: q̄ recē

Senecæ extrema ratio

Senecæ rō quare flumina aliqn̄ siccant̄

tes:& nouos exitus quærunt. & aliquo impetu faciunt.aut ipsius quassatione terræ aliunde alio transferuntur. apud nos solet euenire: ut amisso canali suo flumina primum refundantur.deinde:quia perdiderunt uiam faciát:ut ait accidisse Theophrastus incoritus monte:in quo post terrarum motum:noua uis fontium emersit: ALEARDVS. Hæc est una philosophantium sententia. PANTHEVS: Est & poetarum insuper.ALEARDVS. Cuius? PANTHEVS.Tui Nasonis:qui sic inquit.

Quęq; sitim tulerant:stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura nouos emisit:& illic
Clausit:& antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt:aut excæcata residunt:

ALEARDVS. Vt uideo prisci poetæ non modo meram poeticé:sed & Physicen mira ingenii facilitate professi sunt: PANTHEVS. Non has modo sed omnis honestas artes studiosissime excoluere: HERMOLAVS. Primam dubitationem ultroq; citroq; allatis in mediũ sententiis enodauimus.Facessat illa:& in aciem descendat altera: ALEARDVS. Quæ fuit Hermolae? HERMOLAVS. Hęc est:cur aquæ alibi frigidæ alibi tepidiores exeant: Tuũ est igitur Alearde hoc nobis:quom natura sit occultũ:aperire.ALEARDVS. Quãdo quidem sic iubes aperiam ex nostrorum auctorum sententia:Ingenitam esse omnibus aquis frigiditatem nemo est:qui ambigat: Tum sui ipsius testimonio:Tũ quia quom uirtute frigidi generent̃:ut supra memorauimus in liquido est:naturaliter oẽs aquas gelidas eẽ:Hæcq; ex fontibus gelidæ scaturiũt:HERMOLAVS.Nullis ad hoc indigemus testibus:sed quærimus quonã ignis fomento alia qua ue arte calefactæ ex terræ uisceribus ad superna ebuliant.ALE.Hoc opus hic labor est.PAN.At Vitruuius sine uerborum inuolucro rẽ aptissimã facit dicẽs.Neq;.n.calidæ aquæ est ulla ꝓprietas.sed frigida aqua quom incidit ꝑcurrẽs in ardentẽ locũ efferuescit.& ꝑcalefacta egredit̃ p uenas extra terrã:Ideo diutius nõ põt ꝑmanere:sed breui spatio fit frigida:Nãq; si naturaliter eẽt calida nõ refrigeraret̃ calor eius:ALE.Strictim:& rõnabilr̃ Vitruuius:Nõ tñ quibus id fiat modis aperiti quare q̃ nostri maiores solerti ingenio excogitauere:nõ reticebo:cãm igit̃ huius effectus duplicẽ reddiderũt:una est q̃ metallorum materiã ꝑcreat:& lapidũ in aliqbus locis:in aliis est uirtus generatiua:sicut Naptæ & sulphuris:q̃ est materia facilis ad generãdũ. Et ideo cõsũpta indesinẽter generat̃:ut pluribus in locis par est uidere. HER. Sed priusq̃ longius progrediamur:scire abste uelim quales sint diuersorum metallorum in terræ uisceribus uenæ?PAN.Quom hoc signãter ab Seneca descriptũ sit:Post habendos tuos philosophos arbitror:ALE: Senecæ cedendũ est.q rõnibus sermonisq; uenustate cæteros antecellit:HER.Nõ falso sentis:PAN. Sic ille inquit.Placet natura regi terrã:& quidẽ ad nostrorum corporum exemplar.

Aquas naturalr̃ eẽ frigidas

Quare aquæ sub terra calefiant.

Comparatio terræ ad corpus humanũ.

In quibus & uenæ sunt.& Arteriæ : illæ sanguinis : hæ spiritus receptacula: in terra quoq; sunt alia itinera.per quæ aq̃ alia per quæ spiritus currit.adeo quæ ad similitudinem illam humanoꝝ corporum natura uel Deus formauit:ut ma iores quoq; nostri aquarum appellauerint uenas:sed in nobis non tantum san guinis est:sed multa genera humoris.Alia necessarii:alia corrupti:ac paulo pin guioris.In capite Cerebrum.in ossibus medullæ:muci:saliuæq;: & lacrymæ: & quoddam additū articulis:per quod citius flectāẽ ex lubrico:sic in terra quoq; sunt humoris genera complura.quædam quæ naturę durenẽ.Huic est omnis metalloꝝ humus ex quibus aurum argentumq; petitur auaritia.& quæ in la/ pidem ex liquore uertuntur.In quibusdam uero locis terra:humorq; liquescit sicut bitumen & cætera his similia.HERMOLAVS.Non potuit conuenien tior excogitari a Seneca consimilitudo:PAN. Diuersis uerbis eandem refert Vitruuius sententiam : quam nec uos audire pigeat.HERMOLAVS . Im/ mo in medium afferenda est : PANTHEVS . Sic ille: Quom hæc tanta uarietas sit disparibus rebus natura distributa quod humanum corpus est: ex aliqua parte terrenum:in eo autem multa genera sunt humoris : uti sanguinis Lactis.sudoris.urinæ.lacrymaꝝ.Ergo si in parua particula terræ tanta discre: pātia inueniẽ sapoꝝ:nō est mirandū.si tanta in magnitudine terrę innumera/ biles succorum reperiuntur uarietates : per quarum uenas aquæ uis percur// rens tincta peruenit ad fontium egressus : & ita ex eo dispares:uariiq; perfici/ untur in propriis generibus fontes propter locorum discrepantiam & ręgio/ num qualitatis : Terrarumq; dissimiles proprietates : ALEARDVS . Vter que recte de isthac consimilitudinẽ:sed redeo ad alteram causam:quæ inflam/ mat materiam generatam:Hæc triplex est:Vna quidem motus uaporis terrei: qui calidus:& siccus ignescit:sicut uapor de nube egrediens.Secūda causa est: motus uenti ingressi in concauitatem:ubi est materia per terræ porros:qui suo motu incendunt:Tertia uero est:compressio caloris impressi terræ:& quæ ra/ diis solis:& uirtute alicuius frigidi circunstantis:& augentis calorem:inflam/ mat materiam loci:Igitur materia sic accensa:si trāseat per eam aqua: Tūc ca lescit:& feruens egreditur:Si uero:in eo loco non sit aquæ transitus:& ibidem fit crater aliquis:ut in Aetna:& Aeoliis:Tunc apparent ignes:Quibus si ad/ mixtū sit quicquam humiditatis:fumus teter egreditur:PANTHEVS.Nō pigeat uos audire quæso qd de hoc noster sentiat:Seneca.HERMOLAVS. Nusquam tam eminentis auctoris lectio ullum tædium afferre potest: ALE/ ARDVS.Quam libenter arrigo aures ad Senecæ nomen ;PANTHEVS. Sic inquit : Empedocles existimat ignibus : quos multis locis terra opertos tegit aquam calescere si subditi sunt solo : per quod aquis incursus est : Fa/ cere solemus dracones:& miliaria: & complures formas ĩ qbus ære phystulas tingimus:p decliue fundatas:ut sępe eūdẽ ignẽ ambiẽs aqua p tm̃ fluat spatii

Eadẽ ex Vitruuio cōsilitudo

Aqua qui bꝰ modis calefiat sb terra

Senecæ ratio

q̃tũ efficiẽdo calori sat ẽ frigida igr̃ inerat effluit calida.Idẽ fieri sub terra exi
stimat Empedocles:q̃d nõ falli credebat in q̃bus balnearia sine igne calefiũt:spi
rit⁹ ĩ illa feruẽs loco ęstuãti ĩfũdit̃.Hic p imos lapsus nõ aliter q̃ igne subdito i
Parietes.& uasa balnei calefacit:oĩs deniq; frigida trãsitu mutat̃ in calidã:Q ui
dã existimãt p loca sulphure plena uel introeũtes aquas calẽtes bñficio materię
pfluũt:trahere:q̃d ipso odore:gustuq; testãt̃:Reddũt.n. q̃litatẽ eius:qua calue/
re materiæ.ALE.Oĩa doctissime tuus explicat Seneca:PAN.Sed q̃d dicas si
adducã Vitruuiũ ab hac opione nõ deuiantẽ?HER.Q uid Vitruuio architec
Vitruuiũ ctãti cũ naturaliũ rer; disertatiõe?PAN.Q uid?Audi q̃ planissime de aquis ca
de fonti/ lidis reddat rõnẽ:Sic.n.ait.Sũt aũt nõ nulli fontes calidi e q̃bus pfluit aqua sa
b⁹ calidis pore optimo:q̃ ita in potiõe suauis est uti nec fontinalis a camęnis:nec martia
saliẽs desideret̃:Hęc aũt a natura pficiunt̃.his rõnibus:Q uom in imo p alu/
mẽ:aut bitumẽ:seu sulphur:ignis excitat̃ ardore pcãdefacit terrã q̃ est supra se
aut feruidũ.emitit in supiora loca uaporẽ:Et ita si qui:in his locis: q sũt supra
fontes:dulcis aquę nascũt̃.offensi eo uapore efferuescũt inter uenas.& ita pflu
unt incorrupto sapore.HER.Hęc sufficiãt de aq̃s ex materia calẽtibus.ALE.
Sat est:PAN.Si ueniã datis nõ mõ ad ornatũ:uer; ad cõprobationẽ duas ex/
plicabo poetar;:& orator; alas:q̃ se:se:ostentãdo incredibilẽ afferãt uoluptatẽ.
HER.Dic Pãthee ne tuę lucubratiõis oleũ amiseris.PAN.Primũ citabo apu
leiũ nõ mõ disertissimũ oratorẽ uer; pspicatissimũ in oĩ philosophia indagato
Apulei rẽ:Q ui unito in libello de mũdo sic inq̃t:Sed nõ aquar; tñ mõ tellus in se ha
de fonti/ bet fontes:uer; spiritu & igni fœcũda est:nã q̃dã sub terra occulti sũt spiritus:
b⁹ calidis efflãtes incendia itidẽ suspirãt.Illi etiã terrę secretariis cõtinent̃ pterũtes aquas
uaporãt:& pdũt:longinquitate.n.flamę tepidiores aquas reddũt.uicinia feruẽ
tiores.HER.Hæc est Apuleii optima astipulatio.PAN. Sed & lucretius:qui
uetustam latini sermonis maiestatem redolet:nõ minore sui carminis asseuera/
tione philosophãdo:huic suffragat̃ opinioni in hũc modũ canens:

Lucreti⁹ Principio tellus habet in se corpora prima
de igne Vnde mare immensum uoluentes frigora fontes
subterra/ Assidue reuomunt.habet ignes:unde oriantur.
neo Nam multis succensa locis ardent sola terræ:
Ex imis uero furit ignibus impetus ætnæ
Tum porro nitidas fruges arbustaq; læta
Gentibus humanis habet:unde extollere possit
Vnde etiam fluuios:frondes:& pabula læta
Montiuago generi possit præbere ferarum

HER.Visus sum audire poetã potius de rer; naturę philosophãtẽ: q̃ carmina
dulci lyra meditãtẽ?PAN.Ex philosophicis q̃stionibus totus constat.Sed oĩa
ignibus plena eẽ attestãtẽ audiamus.M.maniliũ q ĩ astronomicã sua canit sic:

Sunt autem cunctis permixti partibus ignis M.Manili⁹ d igne
Qui grauidas habitant fabricantes flumina nubes:
Et penetrant terras: Aetnamq; imitantur olympo:
Et calidas reddũt ipsis in fontibus undas,
Ac silice indura: uiridiq; in cortice sedem
Inueniunt: quom silua sibi collisa crematur:
Ignibus usq; adeo natura est omnis abundans:

ALE. Sũt tibi in promptu Panthee auctores tui q de Aetnæo incendio quicq̃ memorẽt? PAN. Sũt certe plures: sed præter illos prius audiamus Geographũ Straboné de eo sic referentẽ? Ex longa uero in Aetna creditũ est obseruatione flãmas flatibus cõcitari: Quibus cessantibus: cessant & flãmæ: nec uero id rõne carent: Venti.n.e marinis exhalatiõibus captãtes originẽ & generant: & nutriunt adeo ut de cognata materia: accidentiq; ignis incensus spectatores ipos mirari nõ sint. HER. Physica ẽ Strabonis de ætnæis flãmis recitata rõ. PAN. Nõ minus rationi consentaneã enarrat Iustinus: sic de illis graphice memorãs Est aũt ipsa siciliç terra tenuis: ac fragilis: & cauernis qbusdã: fistulisq; ita penetrabilis: ut uentoꝝ tota ferme flatibus patrat: necnõ & ignibus generãdis: nutriendisq; soli ipsius ui. Quippe intrinsecus stratũ sulphure: & bitumine tradit. Quç res facit: ut spiritu cũ igne inter interiora luctant: frequenter & cõpluribus locis nũc flãmas: nũc uaporẽ: nũc fumũ eructet: Inde deniq; ætnæ mõtis p tot sæcula durat incendiũ. & ubi acrior p spiramẽta cauernaꝝ uẽtus incubuit. Harenaꝝ moles egerunt. Et Paulopost addit. Eadẽ cã ẽt ætnæ mõtis ppetuos ignes facit: Nã aquaꝝ ille cõcursus raptũ secũ spiritũ in imũ fũdũ trahit. atq; ibi suffocatũ tã diu tenet. Donec p spiramẽta terrç diffusus nutrimẽta ignis incendat: ALE. Quõ Panthee in hac snĩa poetas tibi nõ deesse puto. q tuç assẽue ratiõi applaudãt hos referas q̃so: ut carmine aliquãdiu recreemur. PAN. Quõ sic tibi libet: referã lubentissime: mõ ãnuat Hermolaus. HER. Annuo facillime mõ irritãtes illoꝝ illecebras fugites. PAN. Id facile fugiã: sed magis uereor: ne fortassis ambitiosior uobis uidear: & nimius in citãdis testimoniis dep̃hẽdar. ALE. Minime: PAN. Primũ igit̃ honoris grã uetustiorẽ citabo Lucretiũ: q d ætnço icẽdio talia nõ inscite: sed ex philosophiæ fontib⁹ hçc carmiẽ depromit:

Nunc ratio quæ sit perfauces montis ut ætnæ Lucretius de ætnæo incẽdio
Expirent ignes interdum turbine tanto.
Expediam primum totius sub caua montis
Et natura ferens silicum subfulta cauernis:
Omnibus est porro in spæluncis uentus: & aer:
Ventũs enim fit: ubi est: agitando percitus aer.
Hic ubi percaluit: calefecitq; omnia circum
Saxa furens: qua contingit: terramq; & ab ollis

Excussit calidū flammis uelocibus ignem.
Tollit se:ac rectis ita faucibus eiicit alte
Fecitq; ardorem longe:longeq; fauillam.
Diffluere:& crassa uoluit caligine fumum:
Extruditq; simul mirando pondere saxa.
Nec dubites quin hæc animai turbine siluis:
Præterea ex parte magna mare montis ad eius
Radices frangit fluctus:æstumq; resoluit:
Ex hoc usq; mari spælūncæ montis ad altas
Perueniunt subter fauces:hac ire fatendum est.
Et penetrare uia penitus res cogit aperto:
Atq; afflare foras:ideoq; extollere flammam:
Saxaq; subuectare:& harenæ tollere nymbos
In summo sunt uertice crateres uelut ipsi
Nominitant:sed nos fauces perhibemus:& ora:

ALEARDVS. Mirum in modū perplacet hæc uetusta dicendi simplicitas:
PANTHEVS. Velim pelignam facilitatem tersiore carmine nō surdioribus attendas auribus. Qui de Aetnæis flammis sic concinit:

Ouidius d Aetnęo incendio.

Nec quæ sulphureis ardet fornacibus Aetna
Ignea semper erit:neq; enim fuit ignea semper
Nam siue est animal tellus:& uiuit:habetq;
Spiramenta locis flammam exhalantia multis
Spirandi mutare uias:quotiensq; mouetur
Has finire potest:illas aperire cauernas.
Siue leues imis uenti cohibentur in antris:
Saxaq; cum saxis:& habentem semina flammæ
Materiam iactant:ea concipit ignibus ignem
Antra relinquentur sedatis frigida uentis
Siue bitumineæ rapiunt incendia uires
Lutea ue exiguis ardescunt sulphura fumis:

ALEARDVS. Inter reliquos uates:quos tamen rarius perlego: Plurimū me suo lepido ingenio delectat Naso noster. HER. Delector magis:egoq; metrica norma districti tanta carminū facilitate naturæ secreta peruestigando decātent. PAN. Vt maior uobis accrescat oblectatio. nō pigeat audire quod subnectam. Quid scilicet rapinæ tartareæ decantator Claudianus ferrugineā Sicani æstus exhalationem lamentabili calamo depingens concinat:

Claudianus de incēdio Aetnæo.

Lambit contiguas innoxia flamma pruinas
Quæ scopulos tormenta rotent:quæ tanta cauernas
Vis glomerat:quo fonte ruat uulcanius ignis:

Siue q̄ obicibus discurrens uentus opertis
Offenso per saxa furit rimosa meatu:
Dum scrutatur iter: libertatem q̄ reposcens
Putrida multiuagis populatur flatibus antra:
Seu mare sulphurei ductum per uiscera montis:
Oppressis ignescit aquis: & pondera librat:

HER. Aemulatur & Poeta Iste carminis lenitate Ouidianum leporem. PAN. Inter Iuniores & Iucūdus: & tersus habetur: ipsius iterum de saluberrimis Aponi fontibus elegiacam laudem cū aestuantis uaporis causa audiamus:

Salue Paeoniae largitor nobilis undae
Dardanii salue gloria magna soli:
Publica morborum requies cōmune medendi
Auxilium: Praesens numen: inempta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis:
Et nostro phlegethon: deuius orbe calet
Sulphuris in uenas gelidus seu decidit amnis
Accensusq̄ fluit: quod manifestat odor
Siue pari flāmas undarum lance rependens
Arbiter in foedus mons elementa uocat:
Ne cedant superata sibi: sed legibus aequis
Alterius uires possit utrunq̄ pati:

Claudianus d apo ni fontib⁹

ALE. Perquam uoluptuaria fuit Panthee tuorum uatum amoenissima cantilena: Vereor Hermolae ne res cedat aliorsum q̄ putaram. HER. Cur ita Alearde? ALE. Sperabam & enim me Pantheum a Musarum deliciis abdicatum in philosophantiū scholam pellexisse: at e diuerso uideo me eius adeo suaui camoena allectatū: ut hoc senio spreta medicae artis professione inter laetantes uatū choros uersare mirum immodū cupiam. PAN. Non tibi libeat Alearde isthaec p/mutatio. Dat enim Hippocrates: dat Galenus opes. sed mēdicat per atria Clio: te nāq̄ rudiorem aereo Glauci cōmertio homines adiudicarent. HER. Vera dicit Pantheus. Postea quā satis patet ex rationibus aeque philosophantiū: ac Poetarum aquas fieri calidas: & nō nasci: reliquum est Alearde: ut edisseras: cur calidae peculiare habeant ad opem medicam auxiliū. ALE. Et hoc naturae secretariū miro ingenii acumine nostri aperuere philosophi: Affirmāt nāq̄ calidas aquas potentiam medicatam ex metallorum uenis recipere a quibus generantur: aut per quas transeunt: illasq̄ insignes sapor: aut color facit. HER. Trahunt ergo saporem ex terra? ALE. Trahūt inquā: & uim non modo auxiliarem: sed pernitiosam quandoq̄. PAN. Audite quaeso nostrum Senecam cur aquis sit uarius sapor: quatuor id causis fieri affirmat. sic dicens. Ex solo prima est: per quod feruntur aquae: Secūda ex eadem similatione eius a qua nascunt: Tertia ex spiri/

Aquae calidae quare medicabiles.

Cur aquis calidis sit uarius sapor ex Seneca.

tu.Q ui in aquã transfiguratus est/Q uanta ex uitio quod sæpe concipiũt cor ruptæ per iniuriam:Hæ causæ saporem uariũ aquis præstant.Hæ medicatam opem.Hæ grauem spiritũ caloremq; pestiferũ.Hæ leuitatem/ grauitatem aut calorem/aut nimiũ rigorem:HER.Senecæ uerba percipio.non tamen liquet/ quæ sit manifesta eo℞ sententia/interprete indiget:PAN.Est Aleardi hæc oraculi interpretatio.ALE.Ex doctrina nostro℞ philosophantium Senecæ ænigma enodabo:Causa saporis aut est in aqua a suapte natura.& tunc imitat̃ saporem/& calorem eius a quo nascit̃:ut facile cognitu est:ex ea quam per plũbeum ex herbis & rosis guttatim eliquamus.& is secũdus est modus.aut ab accidenti fit aquarum sapor/& hoc duplici fit modo.aut per solam alterationem sine materiæ cõmixtione/ut si aquam ad rem bene uel male olentem apposueris odoram uel grauem olentiam admittat/& is quartus est modus: Si uero alteratur per materiæ tincturam:Tũc aut inde transit/corporaliter/& fit sapor illius/per qd̃ transit terræ genus/& is primus est modus:aut spiritualiter in aquã transit sapor/ut quom exhalationes ex sulphuratis aquis euaporant:iuxta aliæ discurrentes aquæ solo sulphuris spiritu/& nõ terræ substantia inficiunt̃:Et is tertius est modus.HER.Q uadrifariam Senecę subobscuram sententiam planissime enucleasti.ALE.Tanta Hermolae inest terræ uirtus/ut non modo afferat aquis saporem: Verum ab illa transmutandi potentiam recipiunt.Illis nãq; frigidis/& humidis grex epotus albam inficit̃ lanam & pellem:PAN.Nec nõstri præterire auctores.Plinius eni sparsim ac Vitruuius iunctim de ea re reddens rationem hunc admodũ memorat.Aqua℞ autem uarietates regionibus & locis inclinatio mundi/& solis impetus proprius/aut longius cursum faciendo/tales efficit terræ humores:Q uæ qualitates non solũ in aliis rebus/sed etiã in pecoribus/& armentis discernunt̃: Hæc non ita dissimiliter efficerent̃ nisi proprietas singula℞ terrarum in regionibus ad solis potestatem temperarent̃: Sunt etiam Boetiæ flumina Cephysos/& Melas/Lucanis Cratis: Troia Xanthus:inq; agris Clazomenio℞/& Erythræo℞/& Laodicensiũ fontes/Q uom pecora:suis temporibus anni parant̃ ad conceptionem partus/per id tempus adigunt̃ eo quotidie potum:ex eoq; quis sint alba/procreantur aliis locis Leucophea:aliis locis pulla:aliis coracino colore:ita proprietas liquoris/quom init in corpus/perseminat in tinctam sui cuiusq; generis qualitatẽ.Igit̃ quom in campis Troianis proxime flumen armenta rufa/& pecora Leucophea nascuntur: Ideo illud flumen Illienses Xanthum appellauisse ferunt̃.ALE. Optime Vitruuius tuus.PAN.In hanc stipulationem non desunt Plinii attestationes/ qui de aquarum miraculis hæc tradunt: Eudicus in Hestia Eutychæ fontes duos tradit esse Ceromen/ex quo bibentes oues nigras fieri:Melem ex quo albas.ex utroq; autem uarias:Theoprastus in Thuriis Cratin candorem facere: Sybatrin nigriciam bobus ac pecoribus.Q uin & homines sentire differentiã eam:

Lana̅ infi ci potu aq̃ rũ ex Vitruuio.

nam qui Sybarin bibant nigriores esse/duriores'q; & crispo capillo/qui ex crati de candidos melioresq; ac porrecta coma:Item in Macedonia/quæ uelint si bi candida nasci/ad Halialmonem ducere/quæ nigra / aut fusca ad Axium: ALE.Obseruauit maxime singulares naturæ historias:PAN.Nec modo Plinius/& Vitruuius/sed & Poetæ quoq; hanc colorum immutationem non præteriere:Hinc Ouidius de his fluminibus sic concinit. Ouidi9 de Crati & Sybari fl.

Crathis/& huic Sybaris uestris conterminus oris.
Electro similes faciunt auroq; capillos/

ALEAR.Hos cuperent pro Athesi nostri æui Iuuenculæ per agrum influere: PAN.Et q̄ cuperent:Vergilius insuper carmine georgico Clitumnum Meuaniæ fluuium collaudat.q; apud eum depascentes Tauri ad sacrificia eius potu reddantur candidissimi/nec minus equi ad uehendos in capitolium triumphales Heroas.sic canit ille.

Hinc albi clitumne greges/& maxima Taurus Vergilius de Clitũno fluuio
Victima/sæpe tuo perfusi flumine sacro/
Romanos ad templa Deum duxere triumphos:

HER.Ex his ergo Alearde terræ uenis attrahunt fontani uapores non modo saporem/odoremq;/sed & uim medicatam?ALE.Attrahũt sane rationibus naturæ prædictis:PAN.Hoc confirmat Seneca dicens:Ideo interest utrum loca suphure/aut nitro/ aut ferro/ aut bitumine plena transeant / quia ex his aliqua redditur utilitas:Quædam enim oculos:Quædam neruos iuuant:Quædam ueterata/& desperata procurant:Quædam medent ulceribus.Quædam interiora potu fouent:& pulmonis/ac uiscerum curas leuant/& quærelas.Quædam supprimunt sanguinem. Aq̄ calidæ q' attrahũt uim medicam ex Seneca. ALE.Tuus Seneca Panthee(ut uideo)non modo physicen sed & medicẽ profitet.PAN.Quo magis eũ lectito:eõ amplius multimoda omnium artium doctrina refertum comperio.HER.Vera narras PAN.Cæterũ & Vitruuiũ inter architectandũ in hac re philosophantem/sicq; inquientem audi:Omnis autem aqua calida/ideo est medicamentosa / quia in prauis rebus percocta aliam uirtutem recipit ad usum:Namq; sulphurosi fontes neruorum labores reficiunt percalefaciẽdo/exurendoq; caloribus:Ex corporibus humores uitiosos: Aluminosi autem/cum dissoluta membra corporũ paralysi/aut aliqua ui morbi receperunt/fouendo per patentes uenas refrigerationem contraria calore sui recipiunt.Ex hoc continenter restituuntur in antiquam membrorũ curationem.Bituminosi autem interioris corporis uitia potionibus purgando solent mederi:ALE.Distincte & singulariter/nõ tanq̄ architectus/sed uelut alter Hippocrates hæc annotauit Vitruuius. Vitrui9 de aq̄ medicamẽtosa Aluminosi fontes Bituminosi fontes PAN.Vis addã quæ Plinius de his notanter disseruit.ALE.Addas quæso.PAN.Sic ait ille calidarum autem aquarum non una eademq; natura est.Quandoqdem aliæ tepentes:aliæ calidiores/aliæ feruentissimæ sint.Quod accidit ex diuersa metal Plini9 de eisdem

loꝝ mixtura: Nōnullę.n.ex sulphureialię aluminciallię salsialiæ nuroialiæ bitu/minealię acida salsaue cōmixtione participātī& ex hoc uaria morboꝝ auxilia cōferētes hinc neruisipedibusue ꝓsuntiaut coxēdicibus luxatisifractis ue:ina/niunt aluos: sanāt ulcera. Capitiiauribusq; priuatim medent̄: & quod mirandū estię cunctis animaliū tantū hominis causaiad supna mergere uident̄: & impri mis qa oculis fauent Ciceronianęicarmine Laurcę Ciceronis liberti celebratę.

Laurea libertus Ciceronis.

Q uod tua Romanæ uindex clarissime linguęi
 Silua loco melius surgere iussa uiret:
Atq; Academię celebratam nomine uillam
 Nunc reparat cultu sub potiore uetus.
Hic etiam apparent Lymphę non ante repertęi
 Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
 Hoc dedit: hac fontes quom patefecit ope:
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbemi
 Sint plures oculis quæ medeantur aquę:

ALE. Fuit hæc Plinii æque scita ac iucūda recitatio. HER. Si Alearde calidæ aquæ medicabiles ex metallicis uenis fiant: Cur ab eisdē (ut dixisti) pniciē tra/hunt? ALE. Cur hoc cōtingat ex philosophoꝝ nostroꝝ sniaiquom ad Caldaria nos fontes de hac re disceptaremus multis rōnibus satis supq; oñdi. PAN. Præ/ter tuos phhilosophos uenustā huius rei reddit rōnē Seneca dicens: Cęteꝝ ut in nr̄is corporibusiita in terra sępe humores uitia cōcipiūt: aut ictusiaut quassatio aliquaiaut seniū locijaut frigusiaut æstusicorrūpe naturā: & sulphuratio cōtra xit humoréiq modo diuturnus esti& modo breuis: Q uo circa ficiut uis illa ter rę quā esse mutabilē diximusidesinat posse alimēta in humorē cōuertere: & ter ra sępeisi facilis esti& in tabē soluit̄i& humescit. HER. Hac forsitan de causa argurata est plebs rudis fontes calidos. Q ui ppetuis annis ęgrotātibus pfuerei aliqua ex his causis cōmutatos in pniciē uertii& ꝓinde a medicis ueneno infe/ctos dictet. ALE. Isthuc est Hermolae. PAN. Hoc non psuadeas Tyro nostro. ALE. Nullā psuades lapideis hoibus rōnē. HER. Sūt ne Alearde iter metalli/cas terrę uenas alię aliis deteriores? ALE. Sūt nimiꝝ. HER. Q uę? eas memo ra: ALE. Nostri quo ad fontiū medicamētosā uim æris Argētiiplūbi & demū ferri reliqs minus auxiliares adiudicāt. PAN. De his q̄ sit Vitruuii snia q̄so au/dite: sic inqt illei Vbi uero Aurūiargētūiferrūiplūbūi Reliquęq; res eaꝝ siles fo/diunt̄ fontes iueniunt̄ copiosi: sed hi maxīe sunt uitiosi: Habēt.n.uitia aq̄ cali/dę: sulphuriralumēibitumēieadēq; p potiōes quom i corpus intrāt: & p uenas p manādoineruos attigātii& artus eos durāt inflādo: Igit̄ nerui inflatiōe turgētesi seu lōgitudine cōtrahunt̄: & ita aut neruicosiaut podagricos efficiūt hoies: Ideo q̄d ex durissimisi& spissioribꝰ frigidissimisq; rebꝰ intictas hēt uenaꝝ raritates.

Q uare aquę corrūpūt̄ ex Seneca.

Venæ metallorum aliis deteriores.

Vitruuiꝰ

ALE. Vera pdicat Vitrũuius:hac igit rõne corrũpunt aquç:& cũ uitç piculo bibunt.PAN. Perniciosç multç enumerant apud Senecã:& Vitruuiũ:& ni ueritus sim:plus æquo longior narrãdo uobis uideri:ex pluribus nõnullas pcensebo: HER. Percenseas uolumus Panthee.PAN. Referũt illi in Arcadia ad Nonacrim regionẽ esse e saxo distillantes frigidissimos humores:hæc aũt aqua στυγος υδωρ nomiat:ad uenas fallẽtes.Quia nõ facie:nec odore suspecta est: sed summa celeritate corrũpit:nec remedio locus est:qa ,ptinus hausta durat: nec aliter q̃ gypsum sub humore cõstringit:& alligat uiscera.HER. Non iniuria stygia igit appellata est:ALE.Profecto ita est.PAN.Ex tpe mihi succurrit: nõ huic dissimile quod Ouidius de Ciconũ flumine in hũc modũ cecinit. — Stygia aqua ad Nonacri.

Flumen habent Cicones:quod potum saxea reddit
Viscera:quod tactis inducit marmora rebus: — Ouidius de Ciconũ flumine.

HER. Est ne Panthee ea stygia aqua Alexandri Magni nece celebratissima. PAN. Ea est quã nullo æreo uase cõtentã sed mulina ungula inclusam ab Antipatro p Iolã filiũ ad regẽ platã ferũt.HER. Mihi uideris Panthee uere nouicius philosophus.PAN.Cur?HER.Si recte memini:supiore disceptatõe enarratũ est:Aquas calidas:& nõ gelidas aliquãdo esse ad pniciẽ:Tu in frigidas rẽ deriuasti.PAN.Recte obiicis:sed hæ frigidæ pernecantes:aliquãdo calidæ fuerũt p terræ uenas transeũtes. Vel a longo decursus interstitio refrigerant:uim maliciç minime deserẽtes:HER.Hoc tibi nõ facile crediderim:ni de more asti pulatorẽ queq̃ addideris.PAN. Addã ex numerosa copia Primũ Vitruuiũ sic scribentẽ. Sunt etiã odore:& sapore nõ bono frigidi fontes:qui ab inferioribus locis penitus orti p loca ardentia trãnseũt:& ab eo loco per longũ spaciũ terrç ,pcurrẽtes refrigerati pueniũt supra terrã sapore:coloreq; corrupto:ut i Tyburtina uia flumẽ Albula:& in Ardeatino fontes frigidi colorẽ odore:qui sulphurati dicunt:ALE.Prima hac Vitruui attestatio q̃ cõmodissima est.PAN.:Pausaniã de Albula in sermone messeniaco primũ græcizantẽ.deinde a me:ut põtui:factum latinũ audite.sic inquit auctor ipse recõditarũ rerũ indagator solertissimus.ρωμαιοις δευπερ την πολιν διαβαντων τον ανιον ονομαζ ομενον ποταμον υδωρ λωκον εστιν.ανδρι δε ες βαντι ες αυτο: το μεν παραυτικα ψυχρον τα προσεισι και εμποιει φρικην ατε φαρμακον θερμαινει το πυρωδεστατον quod latinũ sic est.Iuxta urbẽ Romã Aniũ transmittẽtibus flumen albi latices reperiunt:qui primo statim in eos ingressu adeo gelidi rigentesq; sunt:ut frigus rigoreq; non mediocrẽ causent:manẽtes aũt in illis paulũ:pdurãtesq; adeo calfaciũt:ac si ex pharmacis igneum quippiã:excalfactoriũq; ebibissent.ALEAR.Non paruç admirationi est Albularũ aqua.PANT.Ideo idem auctor stati subnectit hos Albularũ fontes apposuisse:qa ex omnibus quos e uidere contigerat:maxima digni admiratione usi fuerant:Verum eorũ naturã non subticuit Strabo dicens.In hac — Albula fl. — Ex Pausania de Albula.

Strabo de Albula.

planicie Anio fluit & quas nūcupāt Albulas aquas frigidas multis e fontibus excuntes uarios ad morbos salutares cū potu tū incensionibus admissas. Hæc Strabo: Martialis quoq; easdē suis carminibus celebrat sic scribens.

Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces

Canaq; sulphureis Albula fumat aquis.

Illas aūt Plinius iuxta Romā decurrētes prægelidas uulneribusq; medētes asti pulat. HER. Admiror Albulaꝝ inuicē aduersantē potentiā. qppe eas pgelidas Plinius: ut Martialis sulphureas fumantesq; q̄d indiciū caliditatis est appellat. PAN. Hoc nō aduersari: ueꝝ cohærere pmonstrabo: sulphureæ & enim pariter & crudæ esse possunt: quod supioribus & Vitruuii & Senecæ attestationibus firmatū est. HER. Istud liquet: sed quomodo frigidæ fumant? PAN. Fumum illum calor minime efficit. Verū exhalans nubecula effundit: quæ frigore fa ciente uaporare uidet: quod signantius expressit Martialis dicens.

Martialis

Q uod siccæ redolet palus lacunę

Crudarum nebulæ quod Albularum.

Q uod etiam minuit Papinius sic scribens.

Iūctis fornacibꝰ amnis Ridet anhelātes uicino flumīe Lymphas: oñdēs Albu laꝝ lymphas anhelantes hoc est nebulæ halationē emittētes: ALE. Fuit hæc de Albulis & iucūda & erudita enarratio. HER. Adiuerā a teneris idē Albulā & Thyberim. PAN. Idē sunt. Veꝝ pro fontibus numero multitudinis enūciāt. di cet poetæ interdū metrica lege astricti utroq; numero illos pmiscue dixerint. HER. Iuuāt me pl̄imū attestatiōes: q̄ ad unguē q̄drāt: PAN. Vt ergo testimo nioꝝ copia creduliori auidiorq; fias: audi & Senecā locupletissimū in hac cā te

Aq̄ noxia in Thessalia ex Seneca.

stem sic iqt. Est insup noxia aq̄ in thessalia circa tēpe quā & pecus oē deuitat p ferrū & æs exit: tāta uis illi inest dura molliendi. hęc arbusta qdā alit: & herbas necat. ALE. Hęc a natura q̄ñ portēta mōstrosa ī caput nostrū pgenita uidenť. PAN. Eādē puto cę quā Vitruuius iter alios noxios humores memorat sic di cēs. Itē ī Thessalia fons est pfluēs: ex quo nec pecus ullū gustat: nec belluaꝝ ge nus ullū ppius accedit: ad quē fontē pxime est arbor florens purpureo colore. HER. Ea est. PAN. Illā ne subticuit Plinius dicēs: Aliter circa Thessala tēpe qm̄ uisus oībus terrori est: Tradūtq; ēt æs ac ferrū erodi illa aq̄: pfluit (ut indi cauimus) breui spacio: mirūq; siliq̄ syluestris amplecti radicibꝰ fontē eū dicit semp florēs purpura: & q̄dā sui generis herba ī labris fontis uiret. HER. Con ueniūt sane hi tres auctores uno orēnec falsi coargui pōt. ALE. Coueniūt mi rifice. PAN. Sunt insup pter has īnumerabiles aliæ ex terreni pprietate nocen tes Q uas est apud Pliniū Vitruuiūq; diffusius curiosis legere: HER. Pōt igiť cōtingere ut & gelidæ aliquod auxiliare remediū præstēt hominū ualitudini? PAN. Præstant inq. Si. n. per solum salubre discurrant licet refrixerūt sapor & odor & color illis restat qui intinctus est pter naturæ raritatē. Vnde teste

Vitruuiꝰ de eadē.

Pliniꝰ de eadem.

Aquæ gelidæ salubres.

Vitruuio.Est aquę frigidę genus nitrosum uti pinnę uestinę cutiliis/aliisq; lo/cis similibus:quod potionibus depurgat/per aluumq; transeũdo etiã strumarũ minuit tumores.HER.Sis memor Panthee unde digredimur/ut ad idẽ sermonis diuerticulũ redeamus/quom opus fuerit.PAN.Faciã ut iubes.HER.Hoc abs te scire cupio Alearde quisnã sit strumarũ morbus. ALE.Strumas alii di/cunt extantia quędam in tergo:uti gibbũ in pectore:nõnulli morbũ/quẽ scro/fulam alio nomine uocitãt.HER.Quid rides Panthee?PAN. Rideo ineptã/atq; exibilandam illorũ ignorantiã/Qui strumas tumores grãdes illos in tergo hominis esse impudenter/inscite q; autumant:qui si idoneos lectitassent medicinæ auctores/non ꝑfecto in id decidissent erroris:quo fieri potest modo ut strumæ/si in scapulis monticuli instar eminerent/Saluiæ maluæq; pharmaco abi/gantur teste Plinio:Qui de maluæ medicinis/ scribens sic inqt:Eadẽ strumas/& parotidas/pannosq; addita hoïs saliua purgat citra uulnus:hęc illæ:Quom igitᷣ parotides/& panni (ut planissimũ est)ad iuglandis magnitudinẽ uix ex/crescat:nec strumas his maiores censendum puto:quod uel facile creditu est:Si aures Cęlso præstiterimus.Qui de ea sic scribẽs ait:Struma est tumor/in quo subter concreta quædam ex pure/& sanguine quasi glãdulæ oriunt̃:Quæ uel præcipue fatigare medicos solent:Quoniã febres mouent/nec unq̃ facile ma/turescunt:& siue ferro/siue medicamentis curant̃.Plerũq; iterũ iuxta cicatrices ipsas resurgũt.multoq; post medicamẽto est opus.Quibus id opus quoq; ac/cidit/q; longo spacio detinẽt. Nascunt̃ maxime in ceruice/sed etiã in alis & in inguinibus/& lateribus:In mãmis quoq; fœminarũ se reperisse Chirogus Me/ges auctor est.hæc ille:Ex uerbis igitᷣ Cælsi in confesso est:Quibusnã in cor/poris partibus enascant̃ strumæ:Quarũ ex putri sanguine cõglobata paruula glandula non in gibbosam/monstrosamq;/uel tergi/uel pectoris duriciẽ excre/scit:HER.Nemo est/qui rem tam apertã inficiari possit:ALE. Perplacet hæc summopere/quã de strumis recitasti opinionẽ Panthee.PAN. Nec Iuuenalis ipse eundem morbũ uno carmine congeminasset quom dicat:

Nec prætextatum rapuit Nero/Loripedem/nec
Strumosum/atq; utero/pariter gibboq; tumentem:

ALE.Recte iudicas Panthee:PAN.Adhuc maius est/quo te in sententia con/firmem.ALE.Dic quæso?PAN. Strumas porro eas affirmare ausus fuerim/quas Paulus Aeginita Choeradas appellat dicens:αἱ χοίραδες αδενες εσκιρωμενοί κατα τε τράχηλον καί μαστραλασ .καί βουβῶνας ως μαλίστα συνίσταμεναί:τουνομα καβοῦσί ἢ ἀπο τῶν χοιράδων πέτρων.η ἀπὸ τῶν σύων.οτί πολυτοκον ζῶον.ἢ ὅτι τοιουτωδ εἰσ οἱ χοῖροι τραχηλους ἔχουσίν. Quem sic latinũ ad uerbum reddimus: Choerades glandulæ sunt induratæ in ceruice/& in alis/& in femoribus.ut plurimũ ꝓuenientes:nomen aũt habuerũt/uel a Choeradibus petris uel a Suibus.

Pinnæ aq̃ cõtra strumas.

Stumæ q̃ sint.

Struma scd̃m Cęlsum.

Paulus de choeradis

Choerades q̃ sint.

(sues enim multipares sunt)uel quia tales porci ceruicem habẽt:hæc Paulus.
ALE.Quid Choeradib⁹ morbo cũ petris?PAN. A nominis similitudine pu
tauerim.legimus enim ex Calimachi historia Choeradas petras scopulum esse
iuxta Euboeam apud quod ulciscente Pallade iniuriam uiolatæ Cassandrę in
eius templo Aiax Oileus in patriam rediens naufragio periclitatus est. dictæ
aũt sunt Choerades.q̃ saxa illa sub mari nigricantia in suilli gregis morẽ sub
Scrophulæ. latitant:Vnde Latini morbũ illum scrophulas a scropha porca recte dixerũt:
HER.Quadrat Panthee tuus Paulus cũ Cęlso.Sed cur Latini eas quoq; stru
mas nũcupauere?PAN.Quia cũ Ruma & Mãma & gutturis/ut quidã asse/
Strũa unde runt pars dicat̃:in ea siquidem plurimũ nascentes strumæ dictæ sunt:HER.
Expunxisti calculũ/qui me stimulabat de strumis:sed ad tuas redi aquas Pan/
Aquæ cõtra calculos. thee.PAN. Oppido q̃ lubens redeo:sunt in Teano & alibi terrarũ:quæ hanc
habeant uirtutem ut calculos in uesicis / qui nascunt̃ in corporibus hominum
potionibus discutiant:Fieri hoc autẽ naturaliter ita ideo uidetur. Quod acer/
& acidus sucus subest in ea terra/per quã egredientes uenæ intinguntur acritu
dine:& ita quom corpus ineunt dissipant quæ ex aquaꝝ subsidentia in corpo/
ribus/& cõcrescentia offenderũt.ALE. Recte Vitruuius/Sed noster quid Pli/
Subticulæ aquæ. nius?co ne oblitus es ad citationem?PAN.Minime:ipse quoq; enumerat sub
ticulas aquas in sabinis gelidissimas stomacho/neruis & uniuerso corpori ap/
tissimas.pluresq; memorat ille:quas ad unã recensere perlongum esset. HER.
His contenti simus Panthee/& ad calidas aquas redeamus:si quicquã superest
de eis dicendũ.PAN.Pergamus.ALE.Præter Plinium Panthee quẽpiam aliũ
habes nõ triuialem scriptorem/affatim aquaꝝ mirabilia enarrantem:quiq; de
aquis aliquid memoria dignũ proferat?PAN.Habeo/de quo pauloante men/
tionem feci Pausaniã. HER.Placuit græci auctoris apud latinos rari erudita
Aq̃ mirabiles ex pausania. lectio:illum & græcum/& latinum referas uelim.PAN..Refero.In rebus eisdẽ
Messeniacis de diuersarum aquarum natura hunc in modum uerba facit:Ἐν
μοθώνῃ παρα τον ναον αθηνᾶσ ανέμωτίδοσ εςίν ὕδωρ εν φρεατι
κεκραμενον πιούη κυζηκηνῷ μυρῶ μαλιςα ἰδείν εμφερεσ πα/
ρασχοίζο ευωδίαν πασαν καὶ χροαν ὕδωρ καὶ οσμειν: Γλαυκό/
τατον μεν οἶδα ὕδωρ θεασαμενοσ τὸ εν θερμοπυλαῖσ ουτί
Puteus aq̃ admirãdę. που παν. αλλ' ὅσον χαζείσιν εν τείν κολυμβήθραν· ἥντινα ονο/
μαζουσιν οἱ επιχωριοι χυζρούσ γυναικείουσ.quod latinum :sic
est:Mothone iuxta templum Palladis uentosæ puteus est/aquam pici cõmix/
Aq̃ apud Thermopylas. tam habens ad uidendum haud dissimile Cycizeno unguento:odorem quoq;
non minus dissimilem/q̃ colorem illius reddere certũ est:Aquam uero coloris
maxime glauci apud Thermopylas uidi non quidem uniuersam:sed eam ui/
Olæ muliebres. delicet:quæ ad natatoria defluit:ab indigenis Olæ muliebres appellata.ALE:
Sunt profecto cum odore/tum colore admirandæ hæ aquæ.HER.Sunt inq̃,

sed uelim Panthee mihi edisseras.cur Palladem uentosam denominauerit Pau
sanias.quom illam fingat antiquitas fabulosa e Iouis uertice natam:non hæc
ei cõgruit nomẽclatura:PAN.Ab euentu (ut sæpius fit) cõtigit:ut idẽ auctor
testatur sic scribens.διομηδην δε το αγαλμα αναθειναι και το ονομα Templũ
τη θεω φασι θεσθαι:βιαιοτεροι γαρ και ου κατα καιρον πνεοντες Mineruæ
ελυμαινοντο οι ανεμοι την χωραν:διομηδη δε ευξαμενον τη αθηνα uentosæ.
το απο τουτου συμφορα σφισιν ουδε μια ανεμων γε ενεκα ηλ/
θε ες την γην:quod in latinũ uersum sic sonat:Diomedem ferunt statuã col/
locasse/nomenq; Deę imposuisse:quom enim non pro tẽpore ingruentes uenti
terrifico sonitu tractum illum deuastarent. Diomede pręcibus Palladem exo/
rante/posthac nulla uentorum calamitas in illam regionem impetum fecit.ALE.
Tuum fuit Hermolae de relligione/at meũ est de re medica perquirere:abste
scire cupio Panthee quod sit Cyzicenum unguentum:quoniam nusquã de eo
apud nos(quod sciam)est mentio:PAN. Vnguentorum cognomina/ut apud
Plinium legere est:alia a patria:alia a succis:alia ab arboribus: alia a causis.
Cyzicenum autem dictum/quod in Cyzico optimum fieret. Amaracinũ alias
Sansucinũ/& a Plinio nũcupatum.De quo Dioscorides in hũc modũ scribit. Amaraci
αμαρακινον εν κυζικω καλλιστον γινεται. σκευαζεται δε δια nũ unguẽ
τε ομφακινου ελαιου:και βαλανινου:στυφομενων:ξυλοβαλσα tũ qd Cy/
μω.σχοινω.καλαμω.ηδυνομενων δε:αμαρακω.κοστω.αμ/ zicenum.
μωμω.ναρδω.καρποβαλσαμω.και σμυρνης.οι δε πολυτελε/
στερον αυτο ποιουντες:μισγουσι και κινναμωμον:παραλαμ
βανεται δε μελι και οινος εις την τον αγγειων χρισιν και φυρα
σιν των κεκομμενων αρωματων.quod latine interpretatum sic dicitur
Amaracinum in Cyzico optimũ fit.conficitur autem ex oleo Omphacino/&
Balanino astringentibus:Xylobalsamo.iunco.calamo.odoris aũt suauitatem
inurentibus:Amaraco.costo.ammomo.nardo.carpobalsamo.& myrrha:Q ui
aũt sumptuosius faciunt Cinamomum cõmiscent.capiuntur aũt mel/& uinũ:
ut & uasa inunguntur/& aromatũ frusta cohæreant/cõmiscenturq;.ALE.Pro
hac de Cyziceno unguento eruditione/& Dioscoridi græco/& tibi latino Pan
thee debeo.HERM.Vnde illi cognomentũ Amaracini/& Sansucini? PAN.
A flore ex quo potissimũ conficitur:qui a gente sicula Amaracus/ab ægyptiis
uero Syriisq; Sansucus astipulante Plinio denominatur.ALE.Posteaq̃ in un/
guentorum mentioné incidimus/uęhementer dignoscere cupio:quod sit apud Megaliũ
antiquos quondam celebratissimum cognomento Megalium.PAN.Q uæ sit unguẽtũ
eius confectura/& nominis indicatio/par est apud Plinium legere tamen quid quod
Galenus in libro de cõpositione Pigmẽtorum secũdũ locos scribat:hic subnectã Aegy/
qui sic scribit:αιγυπτιον μυρον ουχ ουτως μονον:αλλα και μεν/ ptiũ &
δησιον ονομαζεται,τινες δε αυτο και μεγαλειον καλεισθαι Mẽdesiũ

φασίν απο του συντιθεντος αυτο μεγαλου την επωνυμιαν εκατεραν λαβων. απο μεν αυτου του κατεκείνον ονοματος εν τη των καλουμενων παρωνυμων ιδεα. απο δε της πατριδος αυτου μενδησιον εστι δε χαλαστικον καί ανωδυνον. latine hoc in hūc modū enūciamus. Aegyptiū unguentū nō modo ægyptiū: uerū Mendesiū uocaṫ. Alii aūt ipm Megaliū appellari affirmant: a Megalo eius cōpositore cognomen aliud accipiēs ab illius noīe in figura eorū: quæ denominatiua sunt: a patria aūt eius Mendesiū diciṫ: est enī molle atq; sine tędio. ALE. Mihi q̄ maxime satisfecisti Pāthee. HER. Scire abs te cupio Alearde si hæc unguēta odorata & medicamenta q̄bus ulcera curanṫ sub eodē unguenti uocabulo enūcienṫ. ALE. Apud nos ꝑmiscue ac absq; discretione aliqua appellanṫ. HER. Q uid tu Pāthee? q̄nq̄dē capitis rotatiōe hoc negare mihi uideris. PAn. Q uāq̄ hoc magis intersit medicoꝝ: tñ quæ ex auctoribus crebra & diligenti lectione exhauserim aperiā. Apud Pliniū cęterosq; antiquoꝝ scriptores q̄d græci μύρον appellant: nos unguētū dicimus. illi. n. ꝑ Etymologiā a Mirrha arbore deductū arbitranṫ: uel φ a re aromatica exprimaṫ: quod duplici faciēdi rōne cōstat: suco & corpore. id aūt q̄d succis oleisq; cōficitur Stagma dicūt. σταχτη. n. stillā est. quod uero ex odoribus Hedysma appellant. ηδυσμα siqdē odoramentū mixta suauitate significat. Eodē mō apud latinos unguentū est: quo teste Plinio in priscoꝝ luxuriā acerbissime inuehens nō modo prisci linebanṫ. Veꝝ perfundebanṫ: atq; unguentū in potu addebāt: ut ex utraq; corporis pte odore ꝑfugo ꝑfruerenṫ: hinc a græcis Myropolę uocanṫ quos nos unguentarios nuncupamus. ALE. Q uo igiṫ noīe illud appellabimus: quo uulnerarii ad cicatrices ulcerososq; morbos sanādos utunṫ? PAN. Apud Celsum legere est: plurifariā esse medicamēta ad id morboꝝ genus: nec modo noīa: uerꝝ mixturā differentiāq; Malagmatis: Emplastri & Pastilli affarim ꝑmōstrat: at quod nūc triuiales unguentū ꝑiti quondā Linimentū (ut Celsus) appellabant: sępius q; Ceratū. ALE. Ignarus medicinę falleris Pāthee. nā Ceratū illud dicimus: quod ex siccioribus rebus cōstans & igni appositū mollescit: postea applicatū corpori durescit: ac ꝑtinus hęret. PAN. Venia Alearde tua dixerim: ueternoso errore detineris: & uulgarē Pharmacapolaꝝ sectā æmularis: qui cuiuscūq; rei specimen unguentū dictitant: quod uerius mea sñia Ceratum dicendū est: q̄nq̄dē medicamēta ea quæ ad uulnera linēda fiunt: cera q̄ maxime cōmiscenṫ: unde illis nomen: sic & κηρωτον & κήρωμα & κηρωτη. apud græcos απο του κηρου. Igiṫ pro linimento Ceratū & Cerariū dicendū putauerim: quod Dioscorides capite de Caccalia innuit sic scribens. οι δε μετα εξανθησιν επι φυομενοι κοκκοι λειοι αναληφθεντες συν κηρωτη καί επιχρισθεντες τετανον καί αρρυτιδωτον τηρουσι το προσωπον quod sic latine est. Grana aūt quę illa deflorescēte subnascunṫ: si trita Cerotario cōprehen

Margin notes: μυρον; Stagma; Hedysma; Vnguētū; Myripolæ; Ceratum

dantur in uncta faciem extendunt & erugant. hæc ille. ἐπιχρίω. enim inungere, illinereq; est. at eo, quod tu ceratum dicis nulli linitio nullaq; sit inunctio: HER. Panthee sententiæ adæreo, quãquam uulgaris opinio de Cerato me iampridem fefellerit. sed ad aquarum mirabilia redeamus. Panthee si quicq̃ de eis amplius habes. perge. PANTHEVS. Ex eodem Pausania sunt & nonnulla scitu digna, quæ memorando subnectam sic inquit. ἐρυθρὸν δὲ ὕδωρ οὐδὲν τι ἀποδέον τὴν χρόαν αἵματος ἑβραίων ἡ γῆ παρέχεται πρὸς ιοππῃ πόλει: θαλάσσης μὲν ἐγγυτάτω ὕδωρ ἐστί. λόγον δὲ ἐς τὴν πηγὴν λέγουσιν οἱ ταύτῃ περσέα ἀνελόντα το κῆτος ὧ τὴν παῖδα προκεῖσθαι του κηφέως. ἐν ταῦθα το αἷμα ἀπονίψασθαι. Quod Romane sic inuertit. Flauam uero aquã quæ sanguinis colorem reddat. Hebræorum præbet regio iuxta Ioppem ciuitatem secundum maris littus, de qua indigenæ talia referunt. Perseum quom Cetum interfecisset, cui Cephei filia Andromeda exposita fuerat cruorem illic abluisse: HERMOLAVS. Per quam pulchrum ad ueritatem fabulæ palludamentum. PANTHEVS. Non dissimile est apud Ouidium de Anigro flumine hunc in modum canentem.

Aqua sanguinea apud Iopem ci.

Ante bibebatur nnnc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas. postq̃ (nisi uatibus omnis,
Cupienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera clauigeri quæ fecerat Herculis arcus:

Anigrus fluuius

ALEARDVS. Neq; hoc minus industrie confictum. PANTHEVS. Non tamen persequi absistam, quæ ex Pausania cœperam. qui sic scribit. ὕδωρ δὲ ἀπο πηγῶν ἀνερχόμενον μελάν ἴδων οἶδα ἐν ἀστύροις τα δὲ ἄστυρα ἀπαντικοῦ λέσβου λούτρα ἐστι θερμὰ ἐν τῷ αταρνεῖ καλουμένω το δὲ χωρίον ἐστὶν ὁ αταρνεὺς ὁ χίων μισθὸς. ὃν παρὰ του μήδου λαμβάνουσιν ἄνδρα ἐκδόντος ἵκετην πακτύην τὸν λυδόν. τοῦτο μὲν δὴ μελαίνεται. Hoc sic a nobis effertur, Verum latices qui fontibus nigri scaturiunt, uidisse me in Astyris memini. Sunt autem Astyra calidarum aquarum fontes in continenti e regione Lesbi in loco qui Atarneus dicitur. Est autem Atarneus tractus. quo Chii a Medorum rege donati sunt. Quoniam Spactyum Lydum hominem ad se delatum, suppliceme; ipsorum operi implorantem ei tradiderunt: Hi quippe nigri sunt. HERMOLA. Hoc est maxime historiæ consonũ: PAN. Postremum eiusdem scriptoris non præteribo admirandum de quo sic inquit. το μὲν της καρδίας ἐν πεδίω καλουμένω λευκῷ: θερμὸν ἐστὶν ὕδωρ παρὰ κώμην ὀνομαζομένην δαγχυλού. πίειν καὶ γάλακτος ἥδιον: τὸν δὲ προδοτὸν οἶδα εἴποντα. ὡς εἰς τὸν ποταμὸν τὸν ὕπανυς. ἐκδιδῶσιν: ὕδατος πίκρου πηγὴ πῶς δ᾽ ἂν οὐχ

Astyra fontes

Atarneus tractus

αποδεξαίμεθα ἀληθεύειν αυτω τον λογον. οπου γαρ και εφη/ μων εν δικαιαρχια τη τυρρηνων εξευρηται σφισιν υδωρ θερμων. ουτω δη τι οξυ: ως τε το μολιβδον διεξηει γαρ δη δια μολιβδου ρεον: ετεσι κατεστηξεν ου πολλοις. qđ sic rōane dr̄: In Cardeniū agro

Albus cā/pus Da/scyliuicus

í cāpo q Albus appellat̃ aq̃ sūt calidę iuxta uicū q Dascyli uocat̃ q̃ iter bibēdū lactis suauitatē reddūt. Quare ñ imerito Herodoti uerba admittēda existimā mus ipm̄q; haud q̄q̄ falsa sensisse arbitramur. quū dicit i Hypani flūine in me diis undis amaros latices scaturire. quū alioqn nr̄a ætate in etruscis iuxta Dicę archiā inuēti sūt calidaꝝ aqꝝ fontesq̄ adeo tenues/ ꝑmeabilesq; ut in plūbea uasa cōiectæ ꝑ illa resudentq̄ ēt si in ipa ꝑmaneat aq̄: haud longo tp̄e cōstant̃. HER. Sūt hęc ex Pausania de aquis admirāda. PAN. Q m̄ Pausanias Hero/ doiti historiā cōmēdauit: nō pigebit subiicere admirādum Aethiopiæ fontē de

Fōs Aethi opū mirā dus

quo ille scribens sic memorat. Quū aūt de numero armoꝝ admiraret̃: ad fon tem quendā eos deduxit in quo loti efficiunt̃ pinde atq; oleo inūcti: uiolā olen/ tes: cā aquā aiebāt exploratores adeo inualidā: ut in ea nihil inatare possetne lī gnū qdem: & q̄ læuiora sunt ligno. sed oīa pessum ire in ꝑfundū. Hæc aqua si uere apud illos est: qualis cōmemorat̃: ideo Macrobii idest lōgæui existūt: q; ea semp utunt̃. HER. Relata ex auditu minorē astruūt fidē. PAN. Haud quaq̄: habemus enim Aristotelem auctorem quidem grauissimum qui in Collectane is mirabilium auditionum plurima de aquarum miraculis enarrat. at nos pau

Ex Aristo tele

cis contenti nonnulla recensemus. primū de quodam flumine Thratiæ sic scri/ bens inquit. λεγεται περί των σιτων και μεδων χωραν χαλουμε/ νην της θρακης ποταμον τινα ποντον είναί προσονομαζομε/ νον. εν ω καταφερισθαι τινας λιθους οἱ καιονται. και τούναντίον πασχουσιν της εκ των ξυλων ανθραξι. ριπιζομενοι γαρ σβεν/ νυνται ταχεως. υδατι δε ραινομενοι αναλαμπουσι και ανα/ πτουσι καλλιον. παραπλησιον δε ασφαλτω οταν καιονται και πονηραν οσμὴν ουτω και δριμειαν εχουσιν: ως τε μηδεν των ερπετων υπομενειν εν τω τοπω καιομενων αυτων. Q d latinū sic

Pōtus. fl. Thraciæ.

sonat. Ferunt in Thratia iuxta Sitonū & Medonū regionē fluuiū quendā esse noīe Pontū in quo lapides deferri q comburant̃. Cōtrario aūt se habēt mōq̄ ex lignis igniti carbones: insufflati. n. celerr me extingunt̃: aqua uero respersi relu cēt: cōmodiusq; ardētq; quū incēdunt̃ aūt tetrū odorē picisq; similē redūt & adeo graueīut oēs ex eo loco serpētes demigrēt: ALE: Repugnat fluuiꝰ iste a sui ele mēti natura. PAN. Recēsebo ex eodē auctore alia nō minori admiratione di/ gna: sic. n. in q̄t. εν δε σκοτουσαις της θετταλιας φασιν ειναι κενηιδι ον τι μικρον εξ ου και ρειτοι τουτον υδωρ: ο τα μεν ελκη και θλα σματα ταχεως υγιμα ποιεί και των ανθρωπων. και των υπο ζυγίων. εαν δε τις ξηλον μη παντα πασι συντριψας αλλα σχι σας εμβαλλη: συμφυεται: καί παλιν εις το αύτο καθιστησιν:

Q d sic romana lingua dicimus:In Scotusis aũt Thessaliç paruulũ quẽdã di/
cũt eẽ fonticulũ|ex quo ꝓfluẽtes latices hominũ q̃ celerrime & iumẽtoꝝ ulcera Fóticulus
nec nõ rupta cõtusa ad sanitatẽ ꝓducũt:Q d si qspiam lignũ nõ penitus cõmi medicatꝰ
nuẽsiuerũ scindẽs iniecerit|ferũinat|& rursus ad priorẽ reddit faciẽ.HER.Ad in Thessa
mortaliũ cõmodũ a nã cõdonatus ẽ.PAN. Nõ alpnãdę utilitatis audiamꝰ pa lia.
ludẽ ex eodẽ auctore sic dicente: εν τη των μασσαλιωτων χωρα περι
την λιγυστικην φασιν ειναι τινα λιμνην. ταυτην δε αναζειν και υ/
περχεισθαι και τοσουτους ιχθυς εκβαλλειν το πληθος ωστε
μη πιστευειν: επιδαν δε οι ετησιαι πνευσωσιν. επιχωννυσθαι
το εδαφος επαυτης και τοιουτον χονιορτον γινεσθαι αυτοθι. και
αποστερουσθαι την επιφανειαν αυτης ωσανει εδαφος. τοις δε
τριοδουσι διακοπτοντας τους εν χωριους ετοιμως οσους αν βου
λωνται ιχθυς εξαιρειν εξ αυτης.Q d hoc mõ interpretatᷓ:In Massiliẽsiũ
tractu q iuxta liguriã ẽ paludẽ:quãdã ferũt eẽ hãc ebulire qñq; supfundiq;| & Palus
tm̃ pisciũ copiã eiicere|ut dictu incredibile sit.Postea uero q̃ Etesię flare cepint Massilien
sup ipsã solũ sterni|& tãtã pulueris ibidẽ fieri|adeoq; telluri densari|ut pauimẽ sium.
tũ appeat|sarculis aũt incolæ humũ effodiẽtes nulla opa q uoluerĩt pisces inde
extrahere:ALE.Varia paludis ex Etesiaꝝ statu imutatio|nec ꝓrsus accolis in
utilis:PANTHEVS.Hoc extremo ex Aristotele contẽti erimus|q sic scribit.
φησιν ειναι ο πολυκριτος ο τα σικελικα γεγραφως εν επεσιν εν
τινι τοπω της μεσογειου λιμνιον τι εχον οσον ασπιδος το πε
ριμετρον. τουτο δε εχει υδωρ διαυγες μεν ου μικρω δε θολερο/
τερον. εις του τουν εαν τις εισβη λουσασθαι χριαν εχων αυξεται
εις ευρος: εαν δε και δευτερος: μαλλον πλατυνεται: το δε περας
εως εις πεντηκοντα ανδρων υποδοχην μειζον γενομενον διευ/
κυται. επιδαν δε τουτον τον αριθμον λαβη: εκ βαθους παλιν α/
νοιδουν εκβαλλεν μετεωρα τα σωματα των λουομενων εξω
επι το εδαφος: ως δαν τουτο γενηται εις το αρχαιον παλιν
σχημα της περιμετρου καθιστασθαι: ου μονον δεπι ανθρωπων
τουτο περι αυτο γινεται: αλλα και εαν τι τετραπουν εισβη
τὸ τουτο πασχειν.Cuiꝰ hęc ĩ latinũ ĩterptatio ẽ.Refert Polycratus q res Palus
siculas cõscripsit carmibus|ĩ quodã ĩsulę mediteraneo loco|paludẽ quãdã cly/ admirãda
pei magnitudĩe eẽ|cuius aq̃ pspicuo|minimeq; turbida existat.hãc igr̃ si qspiã
ut se lauet|ĩtrauerit|in latũ augeri.q & si scdo idẽ fecerit|magis laxari|& ad sũ
mã usq; ad qnq̃ginta hominũ capacitatẽ excrescẽtẽ diffundi.postea uero q̃ nu
meꝝ hũc accepit|ex ꝓfundo rursus ĩtumescẽtẽ lauãtiũ corpa ĩ sublĩe leuata ex
tra ꝓpellere|quo facto ad antiquę rursus figurę ãbitũ redire|neq; hoc ĩ hoĩbꝰ so
lũ mõ fieri|sed ẽt si q̃drupes qsq̃ illã intrauerit idẽ euenire.HE.haud q̃q̃ hæc ex
Arist.fuerãt silẽtio ꝑtereũda|magnę fuerũt audiẽdo uoluptati.AL.imo maxiẽ:
PA.Si uos nõ ptesũ sit:addã ex Diodoro Siclo q̃ ñ miorẽ afferãt delectationẽ

HERMOLAVS. Adde.nusquã relatu tædiosa | quæ auditu sunt iocunda. PANTHEVS. De multis duo memoratu digna referam:hic ait ille. ἐστὶ δὲ καὶ πέραν τοῦ ποταμοῦ λίμνη στερεὸν ἔχουσα τὸν περὶ αὐτὴν τὴν ποκὶν: εἰς ἣν ὅταν τις ἐμβῇ τῶν ἀπείρων: ὀλίγον μὲν μήχεται χρόνον. προϊὼν δ' εἰς τὸ μέσον. καθάπερ ὑπό τινος βίας καταστπᾶται. ἑαυτῷ δὲ βοηθῶν καὶ πάλιν ἀναστρέφεσθαι προαιρούμενος: ἀντέχεται μὲν τῆς ἐκ βάσεως ἀντισπώμενος δ' ὑπό τινος ἔοικε: καὶ τὸ μὲν πρῶτον: ἀπονεκροῦνται τοὺς πό/δας: εἶτα τὰ σκέλη μέχρι τῆς ὀσφύος. τὸ δὲ τελευταῖον ὅλον τὸ σῶμα ναρκῇ κρατηθεὶς: φέρεται πρὸς βυθόν. καὶ μετ' ὀλίγον τετελευτηκὼς: ἀναβάλλεται. Sic enim latine dicitur. Est ultra flumen

Palus Aethiopiæ Ex Dio/doro Si/culo. Palus habens circa se firmum lutum in eam si quis ignarus descenderit paulu lum innatat:si uero in medium procedat uiolenter distrahitur:uerum sibi non deficiens|rursusq; redire cupiens|exitum quidẽ assequi uidetur:patiturq; idiac si quoppiã in diuersam traheret partem.Primũ nãq; extremi imoriunt pedes: deinde crura usq; lumbũ| ad summã aũt totũ corpus torpore quodã correptũ fertur in profundũ:& paulopost mortuũ expellit. ALE.Palus hæc fugienda. PAN.Attendite alterã ex eodẽ auctore nõ minus pniciosam de qua sic scribit. εἶναι γὰρ ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ φασὶ λίμνην τετράγωνον τὴν μὲν περί/μετρον ἔχουσαν ποδῶν ὡς ἑκατὸν ἑξήκοντα. τὸ δ' ὕδωρ τῇ μὲν χρόᾳ παραπλήσιον κιννάβαρι: τὴν δ' ὀσμὴν καθυπερβολὴν ἡδεῖ/αν. οὐκ ἀνομοίαν οἴνῳ παλαιῷ: δύναμιν δ' ἔχειν παράδοξον: τὸν γὰρ πιόντα φασὶν εἰς μανίαν ἐμπίπτειν. καὶ πάνθ' ἃ πρότερον διέλαθεν ἁμαρτήσας: ἑαυτοῦ κατηγορεῖν .quod sic Romani dicimus:

Palus alia ferũt esse in Aethiopia paludem quadrangularem:cui magnitudo est centum sexaginta pedum:eius autẽ aqua colore similis est Minio:odor uero supra fi/dem suauis:non dissimilis uino ueteri:uim insuper habetur admirabilem:refe runt enim quicũq; ex ea biberit in insaniam incidere:& quæ prius clam deli/querit:palam ex se ipso facere:HERMOLAVS.Hæc satis de aquarum mi/rabilibus:& quod instat agamus:ALEARDVS. Hac ratione Hermolae tan ta ueneratione apud priscos fuere Balnearum aquæ calidæ | ut sacræ ab illis

Balneę qr sacre dicã tur. appellarentur.HERMOLAVS.Id fortasse contigit:Q uia illa antiquorum relligio fluminũ|fontiumq; Nymphas & Deos uana superstitione colebant. ALEARDVS.Minime.Verum Aristoteles & ingenii | & doctrinæ princeps eas sacras ab sulphure | & fulmiue nuncupauit. HERMOLAVS. Cur ita? ALERDVS.Q uia ut neoterici nostræ tempestatis interpretantur:Huiusce/modi aquaꝝ scaturigines|per sulphur secreta quadã naturæ opitulatione diui no faciente nobis incognito numine a terra erumpunt ad multasq; hominum ægritudines|& uarios corpoꝝ langores emanant.PAN.Hanc ego minus ue/

rã interpretationem/ uenia tamen tuorum auctorum/ qui sæpissime ueterno/
si dormitant non probo:ALEARDVS.Hui tam cito uix primis philosophiæ
elementis conspersus audes celeberrimis scriptoribus nostris ueluti ueteranus
repugnare?PANTHEVS.Non is sum qui contumaciter illis contraire con/
tendam/sed eos decuriones in aciem deducam/qui ualidis præmuniti armis te
cogant una mecum illis annuere: ALEARDVS. Non parua res erit/si me a
ueteri nostrorum auctorum opinione / hac tua nouitia disciplina dimoueris:
PANTHEVS.Non dimouero tantum/sed abstraxero equidem. ALEAR/
DVS.Nullam inferes uim.PANTHEVS.Nullam/sed sponte(spero)te mi/
hi dederis:HERMOLAVS. Audiamus Pantheum.ALEARDVS. Dicat.
PANTHEVS.Aristoteles suo quodam problemate ait:Cur balneæ sacræ ha
beantur:An propterea q sulphure/atq; fulmine rebus ingenue sacris proueni/
ant? ALEARDVS.Bene est? PANTHEVS.Ergo tenendum est / Balne/
as esse sacras propter sulphur:& fulmen:ALEARDVS. Neq; ego hoc nega/
uerim:PANTHEVS.Scio/sed restat comprobemus Sulphur/& Fulmen res
esse sacras/ut ex illis Balneæ dicant̃ sacræ.HER.Ita est.PAN. Sulphur.n.ex
denominatione græca/sacrum est qd nos sulphur:illi θειον.dicũt/qd Romana
lingua diuinum significat / & ne a consuetudine in cœpta deuiemus: Citabo
Suidam auctorem græcum/& grauissimũ/qui libro Etymologicou sic de sul/
phure inquit.θειον Το επιθυόμενον εις καθαρσιν και αβλαβεις ποι
ουν:ενθα Το πασσαι δαλος θεοιο και θειου καιομενοιο :ο φησι Του
κεραυνου.δια ΤουΤο θειον λεγεΤαι Το ουρανιον πυρ. Το Του κερ/
αυνου:θεια δε Τα ουρανια. ο δε ευδεμων εν Τη ορθογραφια λεγει:
κΤηΤιχον επιΤου θεος θειος: εκβαλων δε εποιησε Το θειος:και ο
παΤραδελφος ουΤω κεκΤικος ων οΤι και οι γονεις θειοι ημων ει/
σιν.ALEARDVS.Neq; hac? Græca Suidæ attestatione: Cuius nullum per/
cipi uerbum a meis auctoribus discedam:HERMOLAVS.Non græcorum
armis/sed latinis Panthee superandus est Aleardus.ALEARDVS. Recte di/
cis.HERMOLAVS. Græcanicum igitur istud in latinam redde consuetu/
dinem.PANTHEVS. Reddam ad uerbum/ut hac noua Policie delectatus
Aleardus cariosam illam exuat barbariem.ALEARDVS. Non adhuc mu/
to sententiam? PANTHEVS. Victus spero mutabis/sed audi quid Suidas
de sulphure dicat in hunc modum uocabuli inclinationem demonstrans:Sul/
phur/quod suffitur ad expiationem/& quod innoxios facit/Vnde illud omnes
mari diuino / & sulphure combusto / quod dicit fulminis / Propterea Thion
dicitur cæleste incendium fulminis: Thia enim cælestia:Eudæmon autem in
Orthographia dicit possessiuum a Theos Theios/abiiciens autem facit Thios:
& Patruus sic curator existẽs:Q uoniã parentes Thii nobis sunt. HER MO.
Q uid Cogitabundus taces Aleardc?PANTHE.Non hac græca auctoritate

Balneas esse sacras ex Aristotele

Sulphur dicit̃ sacrum.

Suidas đ sulphuris etymologia.

Thion

contentus est. ALEARDVS. Recte augurararis si me superare contendis: adde nostratia: PANTHEVS. Nec illa nobis desunt: Audi Pliniũ quid de sulphure loquat' cum Suida conueniẽs. ait enim: Habet sulphur & religionibus locũ ad expiandas suffitu domos. HERMOLAVS. Conueniũt utiq;. PANTHEVS. Hanc expiationem suis carminibus expressit Ouidius sic canens.

Sulphuris usus ad purgandum.

Cerulei fiant puro de sulphure fumi:

Tectaq; fumanti sulphure ballet ouis:

HERMOLAVS. Quid Alearde? ALEARDVS. Aliud addis Panthee? PANTHEVS. Nunc me ad pugnam accingo: Sulphure autem non solũ domus: sed homines aliquo piaculo polluti apud ueteres purgabant': Hinc idem Ouid. de Aesone lustrando a Medea sic canit.

Trina purgatio.

Terq; senẽ flamma ter aqua ter sulphure lustrat.

In sacris nãq; oibus antiquoꝝ ritu tres erãt purgatiões. aut thæda: aut sulphure purgabant': aut aqua abluebãt'. aut aere uentillabant': Vnde illud Iuuenalis.

Quotiens hinc talis ad illos

Vmbra uenit cuperent lustrari: si qua darentur

Sulphura cum thædis: & si foret humida laurus:

HERMOLAVS. Non facile expugnabis hos Alearde Panthei ferentarios. ALEARDVS. Iam titubo: PAN. Iam uictus herbam dabis: Videtis ergo sulphur dici sacrum ex fulminis cognatione. hoc est ex igne cælesti: quom fulmina & fulgura teste Plinio sulphuris odorem habent: & propterea eo in sacris expiationibus utebantur. Hinc recte Aristoteles Balneas sacras a rebus sacris appellauit. ALEARDVS. Non usq; adeo mihi satisfactum est: ut putas Panthee. PANTHEVS. Quid? ALEARDVS. Non probasti fulmen dici sacrũ PANTHEVS. Non? Si fulmen ignis cælestis est: cur non sacrum? at audi Senecam quid de fulmine dicat. Cæterum mira fulminis (si intueri uelis) opera sunt: nec quicq; dubii relinquentia. quin diuina insit illis: & subtilis potentia; HERMOLAVS. Eo ne amplius Alearde? ALEARDVS. Tot auctoꝝ tandem testimoniis uincor. iam sententiam mutare disco: HERMOLAVS. Est ne Alearde apud tuos philosophos legere: quis eoꝝ primus calidi fontis medicatam opem depræhenderit? ALEARDVS. Nusquam q; meminerim. HERMOLAVS. Quid tu Panthee. PANTHEVS. Incognitum puto Plinii testimonio dicentis: Homerum Calidorum fontium mentionem non fecisse demiror. Quom alioquin lauari calida frequenter incideret: uidelicet quia medicina tunc non erat hæc: quæ nunc aquarum perfugio utit': HERMOLAVS. His relictis Alearde iam instat: ut de caldarianis fontibus sigillatim aliquid edisseramus. & te docente adiscamus & eorum proprietatem: & singularia præsidia: ALEARDVS. Hoc promptissime agam quandoquidem superioribus diebus huc me contuleram: ut per expertiones: probationesq; inuestigarem: qua

nam metallica materia & natiui soli ingenita procreatione constarent. HERMOLAVS. Opportune ergo huc conuenimus: ALEARDVS. Per illius igitur terræ uerno tempore effossionem, atq; sublimationem factam (ut nostris uocabulis utar) quæ est rei siccæ per ignem eleuatio. (per eam enim elementorum fit manifesta segregatio) ut uniuscuiusq; diuersæ uenæ materia dissiliens planissime conpræhendatur) dilucide cognoui Caldarianas aquas trina commixtione tinctas esse: Ferri, Nitri, & sulphuris, ex quorum singulis proprietatibus facile intelligemus, quibus morbis potissimum profuturæ sint: HERMOLAVS. Ergo prius de his dicendum est singulariter: ALEARDVS. Immo pernecessarium est, Sed quom uideam Pantheum nostrum Plinianæ lectionis cultorem præcipuum, ac relatorem promptissimum, uelim, ut de his tribus ad unam referat, & primum de ferro: PANTHEVS. Pro uirili conabor (quandoquidem sic iubes Alearde) quæ ex tempore succurrunt, & quæ ille latius serit, ego uellicatim colligam: & quæ ad rem nostram tantum faciant: HERMOLAVS. Bene sentis: PANTHEVS. Postea quam multa de ferro conscripsit Plinius in hunc modum uerba facit. Tradunt omnes ferme scriptores ferri uim ad ligandum, ad siccandum, & restringendum quamaptissimam esse: ALEARDVS. Erudite Plinius, ut omnia de naturæ secretis. hanc ferro potentiam inesse manifestarium est, ex ea aqua, in quam ardens Chalybs extinguitur, ea si quidem doctiores Physici ad desiccationem, & ad humorum fluxum cohibendum sæpenumero utuntur: quoniam illud natura frigidum, & siccum autumant, eo tamen pacto, ut frigiditas siccitate uincatur. PANTHEVS. Subnectit deinde Plinius ferrum præsentanea remedia multis liquoribus mixtum morbis afferre, diuersisq; corporum uitiis salubriter auxiliari. Adiuuat dysentericos, cuius rubigo præcipua est in remediis, quam antiqui laudant exemplo Thelephi ferro ab Achille uulnerati, & rubigine liberati: Tollit Alopecias, genarum scabricias, & totius corporis pustulas cum cera, & oleo myrtheo, medetur cum aceto igni sacro, & scabiei, fœminarumq; profluuia sistit, prodest plagis recentibus cum uino diluta, & podagras mitigare creditur. HERMOLAVS. Bono est uerborum temperamento usus Plinius, ne Ouidianæ sententiæ aduersari uideretur Tollere nodosam nescit medicina podagram: ALEARDVS. Quodquidem quam uerissimum est, sed perge Panthee. PANTHEVS. Squama insuper ferri acriori ui, quam rubigo: Epiphoras oculorum sanat, sanguinem sistit, quom uulnera ferro maxime fiant; Hæmorroidas compescit ulcerumq; serpentia: Præcipua, & extrema eius commendatio est in Hygremplastro ad purganda uulnera, fistulasq; & omnem callum erodendum, carnem recreat rasis ossibus. ALEARDVS. Nusquam Pan-

Sublimatio.

Ex qbus uenis aq̃ Caldarianæ

Ferri natura & potentia ex Plinio

Aqua cocta ex Chalybe

Ferri rubigo

Ferri squama

Hygremplastrũ. thee apud nostros legi Hygremplastrum.PANTHEVS .Crediderim.ALEARDVS.Q uod est.PANTHEVS .Q uod ad hunc modum componit Plinius dicens obolis ex cimolia creta duobus drachmis sex ex ære totidem ex squãma totidem ceræ ex oleo sextarius.his adiicitur . quom sunt repurganda uulnera:aut replenda cæratum : ALEARDVS.Vnde illi nomen? PANTHEVS . Ab humiditate arbitror.υγρος enim humidus dicitur : ALEARDVS . Nulla est apud te mea in cassum interrogatio. PANTHEVS. Hæc sunt quæ apud Plinium de ferro scripta in pręsentiã meminerim.HERMOLAVS. Præcipua quidem sunt :ALEARDVS . His igitur iuuamentis Hermolae quisquis admonitus diiudicare potest. ad quæ remedia ualeant aquæ Caldarianæ : quom ferruginea uena in eis præcipua sit. HERMOLAVS. Q uæ est altera Alearde metalli mixtura in eisdem aquis? ALEARDVS. Nitri non pigeat quæso Pantheum ex eodem auctore de illius effectu: & medicinis in cõmune referre : PANTHEVS .Referam lubentissime modo memoria teneam : & (ni mens me fallit) Nitri natura calida : & sicca est:

Nitri natura & potentia. Cuius uis ex Plinii uerbis calfacit : extenuat : mordet : spissat : siccat : exulcerat : Sudores nimios inhibet: oculorũ cicatrices : & argenas genarumq̃ scabritias extenuat :Visus claritatem adiuuat.& dentium dolori prodest: capitis animalia . & Lendes necat : diffunditur cum uino in aures ad sordes erodendas: & dolores sedandos : furunculos extrahit : & testium inflationi occurrit . Vitiliginesq̃ albas emendat : contra serpentum morsus & ulcera putrescentia:serpentiaq̃ : & fungorũ uenena succurrit : suspiriosos : & tussim ueterem sanat:

Nitri flos. Flos eius articulorum dolores iucunde mitigat : & regium morbum exterminat : Sanguinis profluuium est narribus sistit : podagricis in Balneis : uti solio nitri prodest .Nitrariæ autem nec sua carent medicina: salubres enim sunt

Nitrariæ. oculorum claritati utiles in eis oculi non lippiunt : Vlcera allata eo celerrime sanantur : sed ibi facta tarde : prouocatq̃ sudorem oleo perunctum: corpusq̃ emollit: HERMOLAVS . Mira sunt : quæ uel Deus:uel natura in mortalium beneficia clæmenter progenuit : ALEARDVS. His ergo de Nitro cursim a Pantheo relatis : dignoscere in promptu est : quibus langoribus succurrere possint fontes Caldariani : quibus est cum nitro non minima cõmunicatio : HERMOLAVS . Tertia est (ni fallor) cum sulphure cõmixtio. ALEARDVS. Ita est de eo reliquum est : ut enarres Panthee .PANTHEVS .Nec extremum hunc sub subterfugiam laborem : Sulphuris autem (si

Sulphuris natura & medicinæ. Plinio credimus) natura est : excalfacere : concoquere : & discurere: collectiones corporum : cuius uis sentitur in aquis feruentibus: neq̃ alia res facilius accenditur : quo apparet ignium uim magnam etiam ei inesse : Hinc renibus: & lumbis in doloribus medetur : aufert mira celeritate Lichenas a facie: & le-

pras : Vade Harpaction uocatur : suspiriosis | & extussientibus prodest: len des in palpebris tollit | scorpionum ictus comitiales morbos ustum deprahen dit stomachum frigore laborantem confirmat extrinsecus adiunctum | & uen tris tormina sedat : Hydropesimq; ex frigiditate conflatam . superadditur ad ulcerum adustiones | & Balneum ex eo | & nitro mirifice mitigat podagras: cum aceto potum concretum sanguinem discutit : Iumentorum scabiem nec minus ulcerosam tollit . HERMOLAVS . Nec sulphur sine ui sua me dica est | quod minime ratus essem : ALEARDVS . At multa in eo est ad miranda uirtus : Ex hac itaq; sulphuris | nitri | & ferri commixtione | quam per sublimationem pauloante deprahendi | tertius mihi datur argumentum: ut sine hæsitatione | iam aperire ualeam: Quibus potissimum ægritudinibus præbere in dubitatum auxilium possint Thermæ caldarianæ. HERMOLA VS . Hoc a te ante omnia Alearde expecto | ut hac tua demonstratione mi hiq; | & plurimis usui esse possint : ALEARDVS. Isthac de causa negoti um istud sponte suscepi | ut mea inuestigatione multis hac ope auxiliari in digis prodessem | & patriæ consopitam pene gloriam excitando restituerem: HERMOLAVS. Deus te sospitet : ALEARDVS. Fontano igitur calda rii lauacio | ut præmonstrauimus | inest prima ferrea uirtus | Cui præsertim ferri prædominatur metallica uena quod facillime liquet ex natalicio ferrei coloris solo | atq; lapidibus passim conglobatis : Altera est paruæ tincturæ ni trosa potentia | quod ex aquæ luciditate plane conspicitur : Tertiam accipit duarum priorum minimam sulphuris portionem | quod itidem ex quota odo ris parte uis persentiscitur | Cuius aquæ quom prima potentia ferruginea sit & cum aliis terræ uenis calidis coniuncta | quodam mirando temperamento a natura condita esse diiudicatur : HERMOLAVS. Ita credendum | de eius peculiaribus remediis | a te iam dicendum est . ALEARDVS . Dicam Illius igitur uis unice est ad omnes ægritudines | quæ ex imodica humiditate | & remissa frigiditate proueniunt | neruos expurgans | articulorum doloribus medetur | & podagræ mirifice confert: Asmaticos | Dispnoicos | Orrhopnoi cosq; a suspiriosa anhelatione recreat : Omnes Hydropesis species Tympani tem scilicet Hyposarca | & ascitem sedato tumore comprimit | Renum passio nes remouet | Calculosq; dirumpit | Intestinorum tormina lenit . Lienum ui tia : & omnem inflationem extenuat. Stomachum humido | & frigido læsum adiuuat . Capitis dolorem antiquum restringit | Dolores spasmaticos mirum in modum pacat | Ossibus fractis confert | eaq; ferruminari mirefacit | omnes humores ad iuncturas | ad splenem | ad Epar descendentes exsiccat . Duriciei uuluæ q̃ maxime confert | Fœminarum profluuia sistit : Albasq; flictiones

Harpaction.

Comixtura Venaq; in fontibus caldarianis.

Remedia ex caldarianis fontibus.

Ad articulos

Ad Asmaticos

Ad Hydropesin.

Ad renes.

Ad lienũ uitia.

Ad stomachũ & caput.

Ad oẽs collectiones

Ad profluuia & fluxũ menstruorũ.

Ad uuluę hūidiratē
Ad conceptionē

quæ prouenìunt ex nímía Vuluæ humiditate / Vterumq; / & locos / quos & recentes Physici matricem appellant superfluo humore laxatam constringit: Quicquid conceptui obstare solet salubri remedio dimouet :HERMOLAVS. Quom in sermonem de matricæ inciderimus / abs te quæro Alearde: ALEARDVS. Si libet Hermolae prius fine absoluam de uirtute aquæ caldarianæ / quicquid deinde iusseris aptuis edisseram / memor sis postea quid interrogaturus eras. HERMOLAVS. Recte dicis / peragas igitur Caldariana remedia :- ALEARDVS. Præter quæ dixeram peculiare auxiliūm est in eius lauacio / q; omnem cutis fœditatem purgat / uulneraq; putrescentia & ulcera / quæ Cacoethe uocant / abstergit / abscessus omnes sanat: Condylomata (quæ sunt in ano Tubercula) & Hæmorroidas sedat. Pannos qui est inguinum tumor / pueros maxime afficiēs / tollit / nec non uitiliginem / quæ Alphos dicitur / ex uitiliginum genere / notas aufert: Pustulas insuper / idest incute eminentias uarii coloris paruas delet / Sacros ignes: Hierospilas hoc est sacras Vitiligines. serpentiaq; ulcera emendat: Prerigya oculorum & genarum scabricias: Epiphoras: Parotidas (hæ autem secundum aures suppurationes sunt) sanat. Alopetiæ decapillationem instaurat: Apostemata/fistulas / furunculos / umbilicos prominentes / psoras / totius corporis pustulas / Pruriginem / & demum omne scabiei genus præsentaneo subsidio purgat. Omnes supernæ cutis ex facie delet maculas. & depulsa aspredine / atq; lurore / ad mundum coloris nitorem smegtica ui squarosos reducit: HERMOLAVS. Ea narras de his balneis / quæ nunq̄ audiueram: Ideo non mirandum / si perfugium ad ea / olim fuerat: PANTHEVS. O Bone Deus quam prouida natura miseris mortalibus succurrit: HERMOLAVS. His Alearde narratis: ad id redeo / quod pauloante interrogaueram: ALEARDVS. De matrice forte? HERMOLAVS. Id est. ALEARDVS. Dic. HERMOLAVS. Abs te scire uehementer cupio / Cur prisci auctores uterum & locos continuo sermonis usu habuerunt: Vos autem Iuniores illis expunctis tantum Martricem pro utero dictitatis? ALEARDVS. Nos rei magis consonam retinuimus denominationem / quom Matrix ea esse uideatur / quæ fœtum ac perinde macer ad generationem confoueat. cur reliqua exoluerint. curq; aliis nominationibus uocitata fuerint / me prorsus fugit / Verum cum Pantheo sit de uocabulis satis erudita (ut uideo) ex utraq; litteratura cognitio de his tibi agat. HERMOLAVS. Eia Panthee. PANTHEVS. Cur hæc a recentioribus medicis refugerint / non meum sit iudicium. Verum de diuersa matricis nuncupatione pro ueterum auctoritate quo ad mihi fieri poterit / enarrabo / præfatus tam nullam mihi un

Ad Cōdylomata
Ad Pānos
Ad Vitiligines
Ad pustulas
Ad sacros ignes,
Ad Parotidas
Ad apostemata & fistulas
Ad scabiē
Ad oēs cutis maculas
Vterus loci

quam de secretariis mulierum internis ex medicæ artis professione accuratam
fuisse perscrutationem:quæ attamen / ex Aristotele / Plinio / Galeno / Paulo/
Suida / elucubrata succurent / ea pro studiorum laboribus explicanda cura/
bo : HERMOLAVS . Id uolumus : PANTHEVS . Ast mihi a gemi
no exordiendum est ouo : Fœtus si quidem in utero tribus inuolucris uelatur Fœtūs ho
illo scilicet / quæ secundæ uocantur / quod uuluæ per coctilidones annectitur minis in
& aliis duabus membranulis / quarum quæ proximior fœtui αλαντοειδης uētre ma/
uocatur / medio uero inter hāc / & secundas αμνειος ad hanc fœtus urina tris
excernitur:ad illam uero priorem sudor / & humiditas / hæ nomen latinum Secundæ
non habent / sed omnes sub secundarum uocabulo comprehenduntur / nam Membra
secundum partum omnes exeunt / discrimina membranularum hęc non sub/ nulæ cir/
ticuit Aristoteles de animalium conceptu sic dicens . Alia quasi membranis cūdantes
continentur . alia secundis . Primum intra ultimum inuolucrum gignitur. fœtū
mox altera membrana obuelat . plurima quidem sui parte uuluæ adhærens.
sed parte etiam se iuncta / & aquam continens / humor autem inter has cru/
entus / aquosusq; est : Quem mulieres proferum uocant : Paulo post addit. Proferū
primum aqua illa subter cutem fusa per fœtus motionem ruptis membranis
effluit / deinde fœtus inuerso utero / & secundis in terna uoluentibus forasue
nit in lucem . ALEARDVS . De fœtu / suisq; secundis scite enucleasti :
HERMOLAVS . Qua' de re dictæ sunt secundæ illæ? PANTHEVS. Secūdæ
Ex utroq; auctore planum est/q; scilicet partus tempore fœtum ex locis prode
untem sequantur:Secundas autem plurifariam appellauere græci / quandoq;
δευτεριον:quandoq; χοριον: Quandoq; υστερα.Paulus tamen idem esse δευτε ρι
δευτεριον & χοριον testatur sic scribens:πολλακις μετα την του εμ ον ex Sui
βρυου κομιδην εγκατεχεται κατα την υστεραν το χοριον ο δε και da
δευτεριον καλειται.Quod in hunc modū latine dicit'.sæpe post fœtus de/
scensionem retinet' in utero Chorion/quod utiq;/& deuterion uocatur.Suidas
autem de Chorio sic inquit.χοριον το κάλυμμα το περιεχον το εμ/ χόριον
βρυον το συγγενομενον εν τῆ κοιλια τοις βρεφοις χωριον αυτο ον ex Suida
των διατρεφοντων.Hoc latine sic effert':Chorion est tegmen continēs fœ
tum simul genitū in uentre infantibus:Locus existens ipsius fœtus q nutritur:
υστε ρα insuper Secundæ dicuntur apud illos/quia nouissima post partum υστε ρα
descendant.HERMOLAVS.Locupletiores his denominationibus q̄ nostri quæ sint
fuere græci.PAN.Neq; in his sibi defuere latini/ut statim aperiā:Fœtū autem
his membranulis sæptum uterus confouet/quem prius dehiscens ex seminali
genitura conceperat / conceptumq; abstrusus in mensem usq; octauum fo//
uendo conseruat : Vterum/& enim Romani/& locos appellant : De quibus

Plinius in hunc modum uerba facit:Plura enim membranarũ genera fœmi-
Vter⁹uñ. nis / eadem omnia præterquam uesicæ iunctus utriculus:unde dictus uterus:
quod alio nomine locos appellant. Hoc in reliquis animalibus uuluam:hæc
ille.hac igitur multimoda appellatione græcis non cessere Romani. HER-
Loci uñ. MOLAVS. Quare uterum locos nostri dixerunt. PANTHEVS. Quia
loci muliebres sinus uuluæ sint: qui in animalibus ut plurimum numerum
mammarum insecuntur: In quibus gemini / & Trigemini procreantur:ideo
illos multitudinis numero appellauere:uel fortassis ad Græcorum imitatio-
nem factitatum est. Illi enim χοριον (ut ex Suida demonstrauimus) ute-
rum dicunt: ꝙ sit χωριον idest locus ad nutriendum fœtum:mutua tamen
littera. ALEARDVS. Enarrasti Panthee quæ limatæ / & emunctæ erudi-
tionis sunt:&(ut uerum fatear)mihi antea incognitę:mirum in modum pla-
cent omnia quæ retulisti præter unum. PANTHEVS. Quod? ALEAR-
DVS. Videris hac tua dissertatione affirmasse unum esse:uterum locos &
uuluam:quom semper ex omnibus audiuerim uuluam esse exteriorem mulie-
ris naturã quasi uentris ualuam.HERMOLAVS.Hoc itidem a teneris im-
biberam.PANTHEVS.Vulgaria est:& Triuialium grammatistarum/rudis
hæc opinio:uel a doctis explosa:Si enim mihi/sed uerius Plinio aures præsti-
Vulua uñ tistis/in fœminis uterum/in reliquis animalibus uuluam esse ostendi:Qua ex
re/solertes Romani eloquii obseruatores uuluam nõ quasi ualuam:uerum uti
Vulga. uoluam:ꝙ fœtum uolutum contineat / dixere:Hinc illud apud Nonium ob-
seruaui:qui dicat uulgam significare capacitatem uel sinum cum laxitate uar-
ronis testimonio sic dicentis:Eo ut uiaticum ex arcula addam in uulgam:eam
itaq; ab inuoluendo dictam non puto ambigendum:Sed planius addam ex
Lucillo testimonium: qui uulgam non modo scorteum sæculum / seu man-
Lucill⁹ de Vulga. ticam:ad uiaticum significare ostendit:sed uterum:quo fœtus continetur:sic
inquit ille.Ita ut quisq; nostrum e Vulga est matris in lucem editus.ALEAR
DVS. Tuis his auctoribus acquiescendum censeo: sed Panthee extremum
hoc unum tuis lucubrationibus laudi dabo:perquam optime perscrutatus es
interna mulierum secretaria quacunq; artis / uel ingenii speculatione tibi cõ-
tigerit.PANTHEVS.Hoc mihi assidua lectione contigisse certo scio.ALE-
ARDVS. At ego alia de causa putaram:tuumq; uel ingenii / uel oculorum
acumen maiorem in modum admirabar: quom isthæc explorationes sæpius
noctu q̃ interdiu fiant. PANTHEVS. Verum caue falsam mihi impingas
calumniam.ALEARDVS.Ah ah Panthee:te & enim ueluti Sorex tuo pene
occentu prodideras. HERMOLAVS. Missa hæc: sed Panthee alius restat
de Matrice nodus exsoluendus. PANTHEVS. Quis? HERMOLAVS.

Audiui sæpius & a doctis / minus erudite / & perperam esse creditum ab his qui idem esse uterum / & matricem arbitrantur:quid tu ais? PANTHEVS. Grauius eos errare censeo non eo inficias Matricem præterquã uterum aliud significare non ideo alii mihi inficiabuntur:si matrix aliud q̃ uterum signifi/ Matricis cet.cur & uterum significare non possit:mouet me imprimis græcorum aucto plures si/ ritas / qui μητραν eam dicunt:quam & nos Matricem:quod signanter ex/ gnifica/ pressit Suidas quom eius inclinationem his uerbis scribat. μητρα παρα tiones. το μω το ζητω η μαστευουσα τα προς τροφην τοις κυηθεϊσιν: η οτι φυσικως αυτα τα γεννηθεντα μαστευει και ζητει. Inquit enim φ μητρα dicitur a uerbo ζω quod quero significat: quia ea sit quæ fœtui concepto cibum quærat / uel quia naturaliter generationes requirat:non ergo ab re est:si Græcorum exemplo quam illi μητραν Nos Matricem di/ Matrix xerimus:quom potior Romani sermonis pars a Græco fonte deducta fuerit. p uulua. ALEARDVS. Firmis innititur ueritatis uestigiis isthæc tua opinio. PAN/ THEVS. Non me tam fugit Matrices fœminas quasq; esse:Tum ad fœtu/ ram / tum ad educandum pulliciem q̃ idoneas:quod ex Columella facile co/ Matrix p gnitu est / de gallinaciis educatricibus sic scribente. Nam pullos octies edu/ nutrice catsi est bona Matrix. Idem:sint ergo Matrices robusti corporis:quadratę pe pullorũ. ctorosæ magnis capitibus: Idem sensit non inelegans Aristotelis de anima/ lium historia interpres: qui de Vesparum generibus sic inquit. Sunt Ve/ sparum aliæ matrices / aliæ operariæ ut & in altero genere quod placidius est: quæ autem sint natura operariæ / ac matricis in eo ipso placidiore genere per cipi facilius potest. Sunt enim huius quoq; duo genera:alterum duces / quas matrices appellant:alterum operariæ maiores / mitioresq; sunt duces:ætas ope rariarum annum non complet sed omnes hyeme uisuntur:& paulopost ad/ dit. Est autem matrix latior/ponderosior crassior / & maior q̃ uespa / uolatuq; haud plurimum ualet:præ pondere enim sui corporis uolare longius nequit: quo fit ut semper in uespariis sedeant/effingentes fauos/& munere fugẽtes ce/ lario.hæc ille:In eundem prope sensum de Vespis / & Crabronibus attendite Plinium:ut quas interpres matrices / ipse matres nominet.ait enim aliorũ qui Matres p uidentur mitiores duo genera Opifices minores corpore qui moriuntur hye/ educatri/ me matres quæ biennio durant / hi Clementes sunt nidos uere faciunt/in qui/ cibus. bus opifices generentur:iis educatis/ alios demum maiores fingunt:in quibus matres futuras producant:iam tum opifices fungunt munere:& pascunt eas. latior matrum species:dubiumq; an habeant aculeos / quia non egrediuntur: Hæc Plinius:Fœminas quoq; gallinaceas Martialis dixit.Raucæ cortis aues / & oua matrum: Addam quæ fortassis hactenus a quoquam non audiuistis. Matricem præter memorata significationes ad aliud dictam esse. Ex eodem

Matrix auis. Ligulata Otusauis Vllula q̃ Asio Orthygometra Matrix medulla arbo℞.

ſane Ariſtotelis interprete ſic ſcriptũ habemus:At quom hinc Coturnices abeunt dulcibus Lingulata/Oto/& Matrice proficiſcuntur.atq; etiã Cenchramo: a quo etium reuocantur noctu:cuius uocem quom ſenſerint aucupes. intelligunt parari diſceſſum.Matrix perinde/ac aues lacuſtres/atq; etiam Lingulata: quæ linguam exerit prælongam/unde ei nomen:Otus noctuæ ſimilis eſt/pinnulis circiter aures eminentibus præditus:unde nomen accepit:quaſi auritum dicas.non nulli ullulam eum appellant:alii Aſionem.ALEARDVS.Nuſquã hoc audiuerã.PANTHEVS.ſed quam interpres coturnicum ducem/matricem dixit/hanc puto eſſe:quam Plinius Orthygometrã appellauit.quaſi τῆς ορυγος μητραυ idest coturnicis ducem / & matricem. HERMOLAVS. Placet ilthæc tua excogitatio.PANTHEVS.Eſt & alia ex eodem interpræte de matrice ſignificatio:qui ex Theophraſti ſentẽtia in hiſtoria de ſtirpibus matricem in arboribus cor/medullãq; appellat:Sic ait ille. Alia enim lignum:alia carnem habent:Lignum fiſſile eſt:caro omnibus dimenſionibus diuidi poteſt: quom cætera quæq; ex terra conſtent:unde fiūt inter neruum/& uenan: ipſa media ſit. Patet eius natura cum in cæteris / tum in fructuum cute / Cortex & Matrix proprie nuncupantur:ſed ea quoq; reddere diffinitione debemus. Cortex eſt pars ultima:& a ſubiecto corpore ſeparabilis.Matrix quod in medio ligni tertium a cortice continetur uelut medulla in oſſibus:id nõnulli cor: Alii medullam appellant.Sed Alcarde ad reliquas Caldarianæ aquæ uirtutes redeamus. HERMOLAVS. Gratiſſima fuit interpoſita hæc multorum uocabulorum eruditio:Quoniam Alearde ſatis de Matrice / deq; ingenita uirtute Caldarianarum aquarum / auxiliaribuſq; remediis enarratum eſt/operæprecium eſt / ex te cognoſcere: quibus modis in ægrotos uim ſuam afferant:

Quibus modis utimur Balneis oib⁹. Quibus modis utimur Balneis Caldarianis:

ALEARDVS. Opportuna eſt Hermolae iſthæc tua interrogatio: Omnis enim Balneorum effectus fit:aut innatatione / aut potione / aut limi emplaſtratione / aut aquæ fomento / aut fumi ſuffitu / aut exæſtuationis ſudore:ſed quom Lauacra Caldariana non apta ſint ad Emplaſtrationem / ſuffitum / & ſudorem:De innatatione tantum / De potione / & fomento ex ordine pro uiribus demonſtrabo: Verum quom innatatio pene omnibus innoteſcat:duxi cum ea expediendum eſſe: quicquid obſeruandum primo in omni Balneorum lauatione:Quid deinde potiſſimum in Caldariana ſummerſione.HER. Hoc perneceſſarium eſt Alcarde.ALE.Id igitur agam.

OBSERVATIO PRIMA ANTE BAL-NEI INGRESSVM.



RIMVM Oportere quencunq; febricula laborantem, aut habitudine debilem, resolubilem, naturaq; macrum, membra spermatica imbecillia habentem, a naturalibus quibuscunq; natationibus abstinere. Officit enim nimia Balneorum exinanitio, quæ magis languidos male torquet q̃ adiuuat.

OBSERVATIO SECVNDA.

b Alnea quisquis ingrederis: aluum primum medicamentis ducito: atq; euacuato: Nam humoribus non emissis, caliditate Balnei eliquante, & collectiones dissoluente, Resolutio tenuis ad loca debilia descendit: ex qua in uarias, ac pene ignoratas delabitur quis egritudines.

OBSERVATIO TERTIA.

o Mne Balnei lauacrum, ante factam pridianæ comestionis concoctionem fugito: Crudus, & enim in stomacho cibus ex nimia Balnei caliditate trahitur ad membra: & uariorum est causa langorum: Nec minus uentrem natura, uel arte leuare procurato: Mincturiendiq; non postrema sit cura: ne fæces retentæ, aquarum tempore commotæ ad debiles corporis partes lapsantes graues morbos inducant. Alia sunt plura generaliter pro Balneorum proprietate seruanda: quæ pro sua quisq; commoditate ex Galeni, & Hippocratis accurata doctrina cognoscet: HERMOLAVS. Quid præcipue attendendum sit in natatione Caldariana cupio abs te audire Alearde. ALEARDVS. Si aduertas ad Rubricam normam dabo.

OBSERVATIO QVARTA.

t Empus innatandi diligenter obseruato: Fugiendos (ut Physici omnes tradidere) esse dies, aut nimio frigoris horrori, aut in feruescentibus ardoribus obnoxios: Lauacrum autem Caldarianum, a medio Iulio ad Augusti Finem ingredito: hoc enim suadet mediocris eius aquarum tepor.

Quo tpe adeũdi fõtes Caldariani.

OBSERVATIO QVINTA.

a Nimaduerte intraturus Balneum / non oportere corporis labore defatigatum / aut solicita animi cura lassum esse: Quietus nanq; & hilaris hora diei tertia ad illud accedito: In eo horam plusculum uel minus uel prout ex ratione tuæ ualitudinis cognosces / immorato: utq; uirtutis habitudo / ac naturæ uigor tibi suaserit: Hoc enim ex conualescentia tua tibi facile intelligere erit.

OBSERVATIO SEXTA.

d E Balnei lauacro rediens uestimentis curiose inuolutus exito: & in loco præparato linteis / & sudariis calefactis: Balnei contractam humiditatem exiccato: horamq; in lecto requiescito: ubi pauxillus somnus esto: Inde exurgens ad resoluendam / si quam ex balnei calore conceperis inflationem / deambulato: in conclaui ab aeris intemperie / & uentorum flatu defenso: Post lenem deambulationem continuo / si mane fuerit prandeto: si uespera cœnato.

OBSERVATIO SEPTIMA.

Esculentã pro Balneis.

i Nter obseruationes hæc præcipua sit: quid scilicet in cibi potusq; qualitate teneas / fugias ue / Imprimis dapes nutrientes / & facilis concoctionis præparato / conditoq;. Esculenta erunt / oua recenter nata / ut aiunt sorbilia: Hædorum / uitulorum lactentium / Caponum / Fasiorum / Perdicum / auicularum elixæ carnes / & pisces a medicis comprobati.

Poculẽta

Poculenta sint: uina non austera / nec uehementiora: Laudantur mediocria albi / uel minimi coloris: non improbatur tamen in debilibus / & consuetis ante cibum panis frusta uino aromatico macerata præsumere: Omne aquæ poculum fugito: Poma / omnesq; surculorum fructus / Legumina quæque: quæcunq; acida / & salsamenta euitato: Lacticina insuper recentia / nisi ea sumantur ante cibum: Pulmentaria quoq; omnia ex farina abdicato: Illud attende imprimis / ne consueti cibi modum transgrediaris: & omnem repletionem / quam stomachus tolerare nequit fugito.

OBSERVATIO OTAVA.

I Bis die innatare cupis ta Matutina innatatione aduespertinam, & a Prandio ad Cœnam octonę horæ intercurrant, ut digestioni cibiq; concoctioni locus sit, ne si stomachus cruditate laboret fiat attractio ad membra, ex qua fiunt opplectiones super omnia omnem Venereæ libidinis coitum fugito ex eo, nanq; euacuatur utilis superfluitas ultimi alimenti, cum qua fit multorum spirituum exhalatio, qui corpus exinanitum relinquunt. Prius Balnei Caliditate resolutum. HERMOLAVS. Talibus sane obseruationibus, quid innatatione sequendum, fugiendumq; sit, quisq; ægrotans instructus ueluti præuio præceptore ad lauacra intrepide accedere potest: Superest: ut de potione dicas: ALEARDVS. Neq; hanc præteribimus.

POTIO AQVAE CALDARIANAE.

P Otio Caldariani fontis, quæ datur, asmaticis absq; ulcere pulmonis laborantibus, hoc ordine percipitur: Prima die ingreditur æger, Balneum seruatis obseruationibus, ut præmonstratum est: Altera uero die accipiat libras duas dictæ aquæ mediocriter excalefactæ, quam ebibat sine intermissione, eaq; linctu quasi guttatim deglutienda est: Dehinc ambulando se leniter exerceat horis quatuor: Quo peracto tantundem quiescat: Postea cibum sumat ea qua prædiximus norma: Sicq; indesinenter alternis diebus ad quindecim usq; dies, uel ut maxime, uiginti faciendum est: Verum quom aquis Caldarianis Nitri quota pars, & sulphuris minima insita sit, non est adsoluendum satis idonea, ergo magis prosunt per innatationem, q̃ per potionem, quæ potio tribus continue diebus fit, quo ad pura nitensq; per excrementa exierit: HERMOLAVS: Quicq̃ aliud seruandum est in huiusmodi aquarum potione? ALEARDVS. Nil præter quod admonui: HERMOLAVS: Caldarianæ igitur aquæ fomentum superest adiicias: ALEARDVS. Adiiciam fomentum autem eius hoc pacto efficitur: Aqua recens Balnei præparatur, calefitq;: In eam infunditur spongia bibula, quæ humore calido ebria, atq; repleta supra membrum ægrotantis læsum sensim exprimitur, inuolutaq; tenui linteo, ulceroso morbo superimponitur, donec refrigeratur. Refrigerata iterato refouetur, & in quaternas uices replicatur: Demum exiccatum ulcus linteis mollibus, atq; nitidis circunligatur: Hæc de fomento sunt: Porro Sudationem, Emplastrationemq; Caldariani auxilii prætereo, quoniam illas nec loci oportunitas, nec aquarum (ut in aliis Thermis) uæhemens caliditas ferat. Hanc autem uetat, nullius limi conglutina-

Fomentũ aquę Caldarianæ.

tio, quom nullo cœno lutescat. HERMOLAVS. Omnia de Balneis ad regulam a te demonstrata sunt: Sed Alearde post a Balneis digressum, quodq̃ in uita est seruandum præceptum: ALEARDVS. Est profecto: HERMOLAVS. Ne quicquam de Balneis a nobis disiderari possit, Trade: ALEARDVS. Extremum addam laborem.

REGVLA PRIMA QVID SERVANDVM POST A BALNEIS DIGRESSVM. ALEARDVS.



ACTA Diligenti cura ex prædictis obseruationibus, non parua Post Balnei missionem, adhibenda est in uita accurata diligentia. Dum Domuitionem paras, metito, quam longum illinc ad domicilium tuum superfit iter peragendum, siue illud pedibus, siue iumento transmeandum sit, quod lento gradu sine corporis lassitudine, in plures dies dispartito, & pro uiæ ratione perficito. Vt tandem lætus ad proprios lares deuenias.

REGVLA SECVNDA.

P Ostea quam uero ad habitationis locum perueneris, non tibi excidat, quod longe necessarium est. Vt singule mane peculiari quadam obligatione districtus lenem pedester deambulationem exerceas aut sedentaria equi uectura per amœna locorum comporteris, qua peracta hora diei tertia ad solitam comessationem accedito, & adamussim quas præmissimus in cibariorum obseruationibus, saltem per mensem tota animi attentione custodito.

REGVLA TERTIA.

E Xtremum, ex medicæ artis scriptorum sententia, somnum meridianum fugito, quod infestissimum miseris mortalibus autumant, & quod iterũ atq; iterũ repetunt, omnem coitũ euitato, Talemq; uiuendi modum, ad quadraginta dies usq; indesinenter seruato: Hæc de Balneis sat. HER. Cæteris in omni uita mea animi uoluptatibus hanc triduanam antepo nendam Alearde arbitror, quia hac consuetudine tua usus sum: Vt nihil gratius, nihil iucundius, nihil amœnius, mihi contingere posse deinceps confidam.

Quo circa & hoſpitali Bandarum liberalitati & tuæ doctrinæ beneficio pręter antiquæ beniuolentiæ obęrationem debiturum me æternum offero: ALEARDVS. Nos Hermolae (ut unus pro omnibus loquar) pro ea qua decet in te obſeruantia ex animo fecimus: & ad maiora in dies paratiores (modo uita ſuperſit) uſq; offendes. HERMOLAVS. Gratias habeo: Ego in urbē Aleardead ouium mearum paſtoralem curam proficiſcar. Tu Venetias ad medicamentoſam Patritiorũ curationem abibis. ALEARDVS. Ita erit: Sed unum abs te Hermolae oratũ uelim. HERMOLAVS. Iube. ALEARDVS. Mandes quæſo Pantheo noſtro: quom illum iuuenili ætate ſatis utraq; lingua eruditum ac ingenio non mediocri præditum aduertam: ut hanc diſputatiunculam perpetuis annotamentis tradat: ne illius utilitatem multis profuturā præſentes posteriq; amittant. PANTHEVS. Iſthuc iam animo conceperam: & gaudeo te tam ſalubre Caldariani fontis perfugium miſeris mortalibus haud quaq̃ inuidiſſe: pro mea uirili morem tibi gerere induſtrie curabo: HERMOLAVS. Fiet: Valete omnes uos miſſos facimus: ALEARDVS. Vale æternum Decus Pontificum.

Annotationum Ioannis Antonii Panthei Veronenſis
Ex Trium Dierum Confabulationibus Ad Andream
Bandam Iuriſconſultum Lignaci Prætorem Finis.

CVM PRIVILEGIO.

Ioannes Antonius Pantheus Veronenſis Omnium Sanctorum Archipre/ ſbiter ac Canonicus Taruiſinus Andreæ Bandæ Iuris humani: Diuiniq; con/ ſultiſſimo: ac Domus Mercatoꝝ Veronæ Prætori: Salutem:

N hoc tui magiſtratus obeundo munere: pro antiqua no/ ſtra neceſſitudine: A me petieras: ut domus uetuſtiſſima no menclatura mercatoꝝ nũcupatæ perutilem cõmoditatem: expeditã iuris ſine cũctatione promptitudinem: ac neceſſa riam noſtræ urbi taliũ collegaꝝ in hemicyclo ſedentiũ gu/ bernationem oratiũcula exornarem: Q uã ſane prouinciã licet humeris meis grauiuſculam: mutua beniuolentia impulſus: tam diligen/ ter q̃ libenter ſubibam: Sed quoddam neſcio ſiniſtrũ omen amoris in te mei teſtificandi facultatem ſurripuit. Cæterũ quom hac fœliciter nõ ceſſiſſet: aliud alia per opportuna obtulit occaſio: qua tibi & mihi melius ſatiſfacerem: quip/ pe hac prima libri præfatione diuturnitati cõſultũ ire uidebar: Si non modo uerboꝝ enunciatione: uerũ perpetuis litterarum monumentis hoc tuũ exopta tiſſimum uotum poſteris demandarem: In tua enim mercatoꝝ prætura: una cum collegis: non modo in iure reddendo rigidam cũ clementi æquitate iuſti/ tiam obnixe ſeruare ſtuduiſti: uerũ etiam omni induſtria ingenio & opera an tiquiſſima huiuſce officii ornamenta ad priſtinum nitorem inſtaurare cona/ tus es: inter quæ tantæ ordinationis ſcita: & ſtatuta ſtabant: ſordenti: ſqualidi ſitus: contrectatione illita: ueternoſa: carie ſemitoſa: negligenti incuria diſſipata trita: & dilacerata: ut iam iam lapſanę olenticeta: aut ſalſamentoꝝ expecta/ rent uile miniſteriũ: Curaſti tua ſollertia & diligentia: Q uas in omnibus nego tiis accuratiſſime proſequeris: nec minus multi æris impendio: cui pro innata ingenui animi liberalitate ad pœnitudinem uſq; non parcis: ut ordine ſuo re/ dintegrata: graphica policie exarata: picturatis uiuentis uigoris imaginibus animata mordaci pumicis læuigatu deraſa: in puniceo aluta maleatis notulis inuſta: tumente ahenei umbilici bula: ſplendentia uiſant: legant: obſeruantq;: Non his contentus procemium in prima operis fronte petiiſti: Q uod ego ti/ bi minime negandum eſſe duxi: intercedebat enim amicitia a teneris unguicu/ lis noſtra: Q uæ in litterario Gymnaſio: ſub Antonio Broianiceno ciue noſtro: uiro ſui æui bonarum litterarum parente utriuſq; linguę peritiſſimo: moꝝ & uitæ modeſta inſtitutione integerrimo ad hanc ætatem: pariter adoleuit: adul/ ta conualuit: ualida etiam poſt cineres: ſiquis manibus ſenſus eſt: (quoniã eſt): perdurabit. Alia inſuper impellebat non minor cauſa: qua poſthabita ingrati ac ſegnis animæ in patriam exiſtimari merito potuiſſem. Si ego ciuis patriæ officium meum: qualecũq; eſt: impudenter denegaſſem: non enim poterat non ſine grauiori notæ cenſura eſſe: ſi eius laudes concelebrandas: aliquo excuſatio/

nis subterfugio a me amolitus fuissem:Pro uiribus igit enitar : & in hoc primo narrandi congressu libet cũ Plinio:Quod ille catholicos de uniuersa Italia concinuit:illud sigillatim de multifera solius nostræ patriæ decantabo.

Veronæ Laudes

Vrbis Veronæ festa seruiee faciesı & uberribus feracis soli agerı quo tandem narrari debet opere?cuius ora parens numine Deum electa per se fœlix beatam amœnitatẽ continet:ut palam uno in loco gaudentis opus naturæ eẽ uideat: Iam uero tota ea uitalis ac perennis salubritatis cæli temperies est:tam fertiles campi:tam aprici colles:tam innoxii saltus: tam opaca nemora:tam munifica syluarum genera:tot montiũ afflatus: tanta frugum ac uitium olearũq; fertilitas:tam nobilia pecori uellera:tam opima tauris colla:Lacus amniũ fontium ubertas adeo : ut mi Andrea ancipiti mentis salo distrahar:& nimium exuberans multifariaq; laudũ Veronæ copia obesse possit:tantaq; ac præcipua rerum singularum claritas: non me : exili uix anhelitu ægroq; singultu gemiscentem:Sed solida & efficacia maioꝝ ingenia defatigaret absterreor & enim:quamplurimæ ultro atq; certatim se offerant : ut quam ex multis seligere possim facile non intelligam:ueluti candida nais : quom uer in ipso ortu iam gemulis floridis cuncta depingit:& iam purpureo nitore prata uestit in amœnissimo saltu hinc suaui floꝝ odore:hinc coloris ardenti fuco hinc uariata formæ specie pellecta : quem potissimum uirgineo pollice demetat:subdubia cunctãtur.Imprimis siquidem:non audaci : sed merita iactantia ostentat sese apricus nostræ urbis situs:dimidius in ridentibus colliculis:in quibus geminæ munitissimæ artes: erecto supercilio : reliquæ iacentis urbis parti imminentes:tutissima totius ciuitatis in procursantes hostes defensio: iucundo aspectu blandiuntur ut de seuerba faciam:

Laus a situ urbis

Nec minus instat arx tertia ab antiquis uetus denominata tanq̃ corculũ in medio locata:cæteris defatiscentibus membris subitam salutem & auxiliũ pręsto allatura : Dehinc exposcit admirandi ambitus lateritio & quadrato opere ciuitatis extructus murus : mediamq; intersecans rapido & indeficienti fluxu amœnissimus athesis:Quem pontes quatuor:lapideis pilis:cameratis fornicibus cũ suis utrinq; a fronte propugnaculis dimidiatam urbem commodo ac facili transitu unam reddunt:hinc mihi longæua uetustas tremulo præreptans gradu mille passim offerebat alia deiecta alia amoso situ semifracta : alia adhuc cũ suo decore integra saxa:in quibus antiquoꝝ romanoꝝ gentilicia monimenta ueneranda quadam sæculoꝝ maiestate leguntur:Quid magis me allicere poterat:quam nostri uenerabilis & stupenda moles amphiteatri:quæ dædaleo excogitata ingenio:& arte potius supra uires humanas extructa labyrinthicas ægypti Cretæ: Polæ : Romæ atq; Lemni ambages implicitas omnium confessione superat : Cuius operis positionem singulasq; partes ad æternitatis

Laus a uetustate ędificioꝝ

destinationem enarrare non est: ex huius igit amphitheatri testimonio facilis nobis coniectura datur Veronam municipiũ romanoꝝ quondam extitisse: Cũ & satyricus aquinans municipalem harenam appellat: quandoquidem ea oppida municipia habebant in quibus fuerant ad munus gladiatoriũ theatra: Inuitant nec minus tres arcus fœcundo marmorarioꝝ ingenio elaborati: Quorum alter non obliterato auctore tanti ædificii architectum .L. Vitruuium cerdonem bino in postis epigrammate in posteros perenni memoria perpetua uiteumq; ab obliuionis iniuria asseruit: ut Vitruuium inter Veronensium ingenia enumerare non uerear: Et qui nullæ se uendicandum patriæ reliquerit: Veronensem municipem inscriptionis munere censendum præstiterit: Alter uero geminus grandi litterarum charactere: Veronam coloniam Galliemanam augustam cum muroꝝ fabrica & dedicatione transeuntibus peregrinis & incolis quondam fuisse patefacit: Tertius in Leonum uico uetustate uel potius in curia maioꝝ labefactatus: cuius tamen pars integra a basi ad apicem artificiosa columnarũ & peristylioꝝ celatura tanti operis tantæq; molis statuarios stupidos in desiderium compellens. Ti. flauii Horici .iiii. uiri titulo in portæ frontispicio magnificat: Efflagitabant pene uocali affatu ædium templorum: Pyramidum: porticuum ornatissimo sumptu fabricati parietes atq; culmina: Quæ non Ephesiis miraculis capitolinis structuris superbis ægyptioꝝ laboribus secũda fuisset: Hæc omnia iure quodam antiquissimæ uetustatis me uocabant: me alliciebant: mihi blandiebant.

Municipia.

Vitruui⁹ Veronensis

Verũ ex aduerso maior narrandi ordo acutiori stimulo rascebat: instabat enim procaci petulantia nostræ patriæ fertilissimus ager: Qui nec ipse silentii inuolucro preteriri uolebat: nec iniuria sane: cuius enim tam perfricata frons æquissima petenti denegare posset: quum in eo: tum omniũ rerum fœturam quæ usui hominum necessario comparantur: tum omnes uires suas natura parens omnigeno prouentu ostentare uisa est.

Laus aferti litate agri montani.

Si eius nãq; frugiferos montes accurate perquisiueris: in eoꝝ aprica statione floram: Pomonam: Palladem & Barchimi: firmissimam sedem composuisse asseueraueris: ubi uiridanti semper aspectu oliueta: Venafranum: Picenum: Lacinianum: atq; beticum solum & copia & bonitate liquido. Superant: excelluntq;: Vincta ea quoq; inuenies: ut peculiarem principatum Veronæ dare minime uerearis: & eo uno omnia gentium uicisse fatearis: siue austerum siue dulce siue tenue uolueris uinum: illud diuersa agri feracitas præstabit Si colorem malueris: alia purpurea nitent flamma: alia roseo fulgent nitore: alia cristallina defæcata translucent puritate: adeo ut candida atq; nigra iam uulgaria sint: nec inferior nostris uuis gloria est: ut non tantum ad potum ęque at ad esum usui sint: quæ per hyemem pensili concameratæ nodo durant: priorq; erat uolente

Laus olei

Laus uini

Laus uuarum

Plinio reticis mensa in agro Veronensium nascentibus: Qui tot uinorum uarietate refertus Chion lesbon: Tinolon: Cypron. Rhodonq; superare non dubitat: idem est honos & malorum generibus quibus aprica montani ruris amœnitas affluenti ubertate leni & succoso sapore iucunda suauitate exuberat: sũt ubiq; nascentia cotonea ad ramorum incuruitatem usq; uilitatem punicorum pomorum nemo nostrum est qui admiretur quæ alibi rarissima prouentu / & uotis expetita præciosis nobis inter spinosas limitum sapes uulgo fruticans: Dulcia / acria / mixta / arida uinosa progenerat poma. in uno Italiæ agro Veronẽsi tradit Plinius: Quæ lanata dicuntur mala nasci / q; lanugo ea obducat.

Laus Pomorũ — Quis numerosa pomorum atq; pyrorum cognomina recensere posset? Quæ collatis antiquorum appellationibus aut colore aut forma facile dignoscuntur: Pomariaq; phaniceis ornata fœtibus / ueluti ex topiario opere / cliuosos tramites uariant atq; coronant / matrumq; ramusculi nec gestatum tolerare queant: Eandem ubertatis & ornati gratiam / ex ficis: primis / cerasis / moris / sorbis iuglandibus / castaneis / mespillis / consequuntur elaborati colles.

Laus marmorũ — Quin & montes / Silicum crepidine anfractuumq; sterilitate damnatos non nobis ut cæteris damno / Sed commoditati & magno emolumento eadem natura larga manu condonauit: ubi ferri uariisq; coloribus lapidum metalla ad regiarum & templorum alta decora plurimis lapidicinis / indefesse / continue exciduntur / ut iam niuea paros / uiridis Donysa / Scyros / Caristos / Sinnada ad uos latomiarum translatam gloriam planissime fateantur: Quid eorum referam iuga aliis in æstiuali calore niue / aut boreali stridore damnata: In quibus

Laus lesinorũ — nos syrium ardorẽ ab armentis cum lætissimi pabuli saturitate cauemus / & quantum diurnis horis auidissime buccularum & taurorum turmæ radicitus attonderint / tantum roscida nox uliginoso soli madore / cæliq; riganti fluore remittit / ut nostris tesquis pinguia matini bureta concedant.

Non desunt in eisdem Pini Piceæ / Laricis / tædæ abietis quæ petant Sidera ualidissimæ trabes: Quæ non modo proceris domorum contignationibus atq; tabulatis / Sed largitissimam naualibus carpentariisq; fabricis præstare possunt copiam / ut Verona omnium lignorum atq; lapidum / quæ usui esse possunt / refertissimum Emporium non modo municipalibus suis / uerum etiam finitimis ciuitatibus omnibus materiam largissime subministret: Exo

Laus planiciei — rabat me demum lætissima camporum planicies ne memoratu dignas eius dotes conniuẽtibus oculis & obliuioso gradu pertransirem: Quæ multiplici frugum prouentu frumenti imprimis / hordei farris / lini & omnigenum leguminis siliquarum / cum agro boetio / Siculo aphricano: ægyptio / lydio concertare posset / potissimum / quum Plinius peculiarem eius fœturam latere minime passus sit. Præcipuam enim agro Veronensi alicæ feracitatem non paruo fertili

tatis argumento deſignat: Non deerant ſaltuum nemorumq; uberrima pa
ſcua / quæ non modo me ad ſcribendum / uerum & ariſtæum & nomium ad
greges armentaq; paſcenda pellicere potuiſſent. in quibus innumera paſſim
ouium agmina iuuencorumq; mandræ errabundæ indeficienti herbarum gra
mine ſaturantur: hę ad recentis lactis coagula preſſiq; caſei ſapidiſſimos orbes
ueſtino cruſtumio lunenſi. bithynioq; præferendos / illę ad generoſa uellera pro
generanda: Quæ Erythcis: Tarentinis Mylleſiis candore / mollicie ac tenuita/
te anteponantur.

Ne quid nobis aliunde expetendum ſit / quod hominum uel uſui uel uolu/ Laus in
ptati conducat: Apũ præcipua admiratio uernantia & gemmantia noſtri ru/ apibus.
ris prata hortos atq; coronamenta uberrimo alueoꝝ fœtu circũueſtit. q̃ fauos
& ceras confingentes ſuccum illum dulciſſimum ſubtiliſſimum ac ſaluberri/
mum operantur / non hymetio hyblæoq; inferiorem / ubi non bonitas tantũ / ſed
mellis copia uulgo gignatur / cuius terna uindemia præſtat uernum ex flori/
bus conſtructo fauo anchinum. Dictum alterum Thymoſum ſolſtitio thimo
florente confectum: Tertium æſtiuum a tempeſtate præcipua Syrio explẽde/
ſcente: horreum uocitatum. Nec mellationis noſtræ gloriam ſubticuit Plini/
us / quom mirũ & memoratu dignum alimentum tantopere extollat: auectis
per padum contrario amne aluearibus ad pabulum ab hoſtilia / iure territo/
rii Veronenſi quondam uico: licet nũc ille a tyrranica Mantuanoꝝ oppreſſio/
ne indigne occupet̃: Non carebant profundiſſima nemora ſuo ferrarũ or/
namento / quippe in his cernere eſt aproꝝ atq; urſoꝝ ferociam agiles dãmarũ
lepoꝝ ceruorũq; curſus omnifariæq; uenationis indagines / quæ menaliis Gar/
gaphiis atq; calidoniis ſaltibus pares eſſe potuiſſent / ut melius in noſtris oris
graioꝝ fabulamenta Cromyoniam ſuem / & ex ea natum calidonium aprum:
illam theſei hunc Meleagri laborem credibiliori commento finxiſſent. aut ery
mantheum monſtrũ pernicesq; æripedis ceruæ ungulas / & ærumnoſas. Hercu/ Laus ex
lis defatigationes pari argumento nobis deſtinaſſent. Contra nobis eſt canum Venatióe
impetus & ſæuitia uel inuenatu ſollercia & ſagacitas præcipua / & eorum im/
primis quos a capiendis leporibus leporarios nuncupamus / forma & agilitate
præcellentes / & in multam regum / & principum uenaticam uoluptatem / gran/
di æris impenſa a noſtris ſtabulis expetant̃: Seu eoꝝ quos ad ſequenda ferarũ
& auiũ ueſtigia ſequaces dicimus: Qui nr̃o æuo didicerint caudæ & roſtri ſi/
gnificatiõe auiculas interſtipulas errãti gradu deliteſcẽtes uel nodoſis retibꝰ te
gẽdas / uel uncis accipitrũ unguibus necãdas. mirabili inuẽto demõſtrare / libe
bat phaſiãoꝝ cothurnicũ / turdoꝝ / omniũq; uolucrũ mille aucupii doloſas enar
rare artes / niſi nimia uagãdi licentia propoſito operi indecora uideri potuiſſet:
q̃d p̃eriiſſe docuit picas turdos ſturnos / Luſcinias hũanas pene uoces reddẽtes:

Quæ cum indicis pſytacis ſermocinantibus contendant: & agrippinæ quondam turdum: Iuniorum cæſarum Sturnum & luſcinias græco atq; latino ſermone: Dociles ſuperēt. Addam & minimas auium faginellum & carduellem: Quarum altera aliis in locis rara reſonanti atq; arguta uoce: Altera nec uoce tantum ſed pedibus & ore pro manibus imperata facit. has ocioſi tonſores & reliqui aſſidua uocum garrulitate edocent. & ab his non paruo incompenſato auro ueneunt: ut ganeonis & gularum gurgites bolum decem philippeis emptum uno palati impetu interdum deuorata canora: (proh pudor) auicula comediſſe iactent: Quæ ſane dulci cantu aut humano ſermone uocales par delicatæ dapis ſuauitas Clodii Aeſopi tragici ſexcentis ſeſterciis taxatæ patinæ eſſe potuiſſent. non minus atq; Cleopatra quæ procaci faſtu lauticiam & epularum apparatum: M. Antonio oſtentans una Cœna liquefactum aceto abſorbens unionem centies ſeſtercium cœnaſſe gloriata eſt: Quā tamen gloriam ſuperioris Aeſopi filius in amplis opibus a patre hæres relictus prior uſurparat. Is enim ut experiretur in gloria palati. quid ſaperent margaritæ: uniones magnæ taxationis nō ſibi ſoli ſed conuiuis: Quod magis regium erat ad ſorbendum dedit.

Laus ex aquarꝫ irrigatione

Præter ſalutiferi aeris temperiem undiq; ex abundanti agro erumpūt limpidiſſimi fontes: Quorum argenteæ per atritos calculos delabentes aquæ ad iucundum ſuauitatis potum homines & iumenta inuitare uidentur.

Laus balneorꝫ Caldarii.

Calidarum ebuliunt ſcaturigines ad ualitudinem aquarum ut deficientę medica ope noſtræ ſaluti contra peſtiferos morbos ab ipſa natura conſultum ſit. Hinc notiſſimus eſt ad decimum lapidem uícus quem a calidis aquis Caldarium uocitauit antiquitas: ubi mi Andrea Nobilis familia tua Bandorum lata prædiorum iugera triaq; prætoria piſcinis & hortis ornata regalem magnificentiam teſtantia poſſidet non fortaſſis illis inferiora quæ peruetuſta Bandorum progenies in florentiſſima atq; omnium rerum amœniſſima cypro in hoc uſq; æuum exuberanti diuitiarum copia excoluit: atq; honorificentiſſime habitat. Emicant hic ad feruginei collis radices calidæ atq; ſulphuratæ aquę auxilia morborum tepore conferentes: quibus non minus celebris ciuitas ueſtra q̄ Cumæ in baiano ex poſideanis puteoli incampata: Staticlæ in liguria Seſtiæ in narbonenſi prouincia.

Defluūt inſuper plures per campeſtrem prouinciam impetuoſo fluxu torrentes montanis imbribus impulſi & reliqui a fontibus amnes leuium cymbarum uectura & piſcatu capaces: Sed maximus omnium tortuoſo & rapidiſſimo ambitu lato & profundo alueo mediam & totam regionem diluens

Athesis fl.

præcipiti decurſu a tridentinis alpibus in hadriaticas paludes defert Atheſis. Cuius ſecundo fluuio Alemanicis a aduerſo orientalibus Verona ditatur opi

bus: Talis sane opportuna mortalibus necessitas in sui præconium uocabat.

Vocabat & pater Benacus: quem intactū post terga minime relinquerem: nisi alio me uocaret oratio: huius potissima a Plinio laus est: ut Bęnacus in Veronensi agro sit mintium amnem transmittens: ad cuius emersus annuo tempore conglomeratæ anguillę in tantum mirabili multitudine uoluuntur: ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis singulorum millium globi reperiantur: Sed maior de eo nostro æuo admiratio est: Sola & singularis Carpionum expiscatio: quæ neq; ubiq; in lacu: Sed ad solam uoraginis profunditatem: ubi aureis harenis ab accolis pasci creduntur: unica laboriose & industrie fit: gancas & gulæ luxuriam non modo Italiæ: Sed externarum nationū expletura: Qui peculiares non minus Bęnacum exornant: atq; quondā rhomi bi Rauenam: murenæ Siciliam: Elopes rhodon: ostrea brundusium lucrinūq; celebratissima reddidere: quom illi tamen alia per æquora innatant. Carpiones uero nullibi gentium præterquam in Bęnaco reperire est. Neq; alteram nostri lacus gloriam supprimendam censuerim: qui inter gentiliciam preciosæ piscinę dotem: uarios maiores tum imprimis admirandos eorum supra fidem magnitudine compascit: quom ad uiginti libras pensos inuenire par sit: tum uncti iuris pingui ad lautas potentiorum culinas incomparando: sapore saturandas forsan: quo sint nomine uarii maiores nostro æuo nuncupati requiris. Trotæ sunt: unde hoc sciam inquies a diuo Ambrosio non indiligens indagator perdidici: cuius in quinta sui hexaemeri die hæc uerba sunt. Innumeri itaq; usus innumeraq; genera piscium sunt: Alii oua generant: ut uarii maiores (quos trotas uocant) & aquis fouenda committunt: huius enim grauissima tanti testis asseueratione. Quis tam cerebrosus deinceps ambigere possit? Neminem puto: non minoris ponderis minoris ue saporis idem lacus ingenerat lupos a lupina uoracitate denominatos: sed nos peruersa uernaculæ linguæ appellatione lucios dictitamus. hos ratus sum esse explanissimo Plinii testimonio: Qui luporum laudatissimos appellat lanatos: a candore molliciaq; carnis: hoc quoq; ex Flacci carmine coniicere licet (qui ait quo pertinet ergo proceros edisse lupos? Sunt igitur quos diximus lucios nostro æuo lato ore & dentatis maxillis uoraces: Alios enim pisces insectantes iisdem compascuntur. Candidissima ac molli carne proceri: sine uentre: gracili longitudine in caudam desinunt: Accedit & græci nominis comprobatio (illi enim lupum λυκον appellant: unde nos uulgo lucium diximus. Licet alii non lucium sed laciam lupum esse contendant: Eorum nanq; apud nos tanta est salubris piscis fœcunda ubertas: ut athesis bęnacusq; tyberinorū inter duos pontes degentium luporū ad se gloriam transtulisse uideantur. Reliquorū uero piscium præcipuo sapore: numero atq; diuersitate lucrinum: lariū: uerbanū: sebinum: Eupilum: trāsimenū omniū cōfessione antecellit. Quę circa uirent hiemali bruma

Bęnacus

Carpiōes

Trottæ

Varii maiures.

Lucii. Lupi pisces.

fœlicissimæ arbores:Pomarioꝝ apricæ atq; amœnissimæ stationes:ut iam fa/
bulosa græcitas præ illo hesperidũ Corcyręiq; regis tot sæculis decantatos hor
Syrmio Catulli patria. tos|auriferasq; frondes deleuerit:in cuius ulteriore ripa peninsulaꝝ ridet ille
ocellus Syrmio Catulli nostri ciuis:cantatissimũ genitale solum non tacitur/
nitatis ingratitudine posthabendum|tum quom tanti partus ac natalis cõscia
sit tellus:tum quum eius antiquitate|Rudera cameratis adhuc fornicibus isth/
mios ludos & spectaculi circũ attestentur. Surgit insuper e regione ad lim/
pidissimas Benaci undas ab radicibus tendens ad sydera pars nostri Appeni/
Mons baldus. ni:quem accolę nunc baldum dictitant:qui per mediam ad fluctus usq; Sica/
nos discurrẽs Italiam:nusquã q̃ apud nos eminentior:nusquã feracior:nusquã
amœnior:Quem inenarrabili florum uarietate|spectatissime indices nascentiũ
& uaria lasciuientium odorum fertilitate reꝝ natura depinxit:ne ulla in parte
se nobis mancam ad salubritatem præstitisse uideretur:hæc est pars quæ non
modo reliquas porrecti montis partes:Sed Colchon|Iberiam|Pontum:Cauca
sum:Olympum:Cireeium:Thessala iuga herbarum & uenenoꝝ efficaci po/
tentia superare possit|& Medeam|Circen|Hecaten|Erichthonem:omnes uer/
benarios atq; pharmacopolas ad magicoꝝ philtra|seu morborum curationem
traxisset:Ex hoc profecto appenini iugo|numerosam uersicolorum florum ua
rietatem:glyceram coronariam in Pausiæ Sicyonii pictoris municipis sui pro
uocatione|quom illa natura|hic arte certaret|decerpsisse|ex eoq; coronas uen/
ditando paupertatem sustinuisse cõtẽderim:præterq̃ in appenino.exornant &
uniuersum agrũ candidissima lilia|purpurea narcissi ferugine suaui odore ac
luteolo aspectu odora uiolaꝝ uis:quæ media hyeme in apricis colliculis uer/
nam temperiem apud nos esse testentur.Hanc inter amœnissimam florum ua
rietatem non deest odoriferum Crocum|siue siluestre siue satiuũ desideraueris:
præuiderat enim a longe natura omnium rerum perspicacissima indagatrix
futurum esse|ut nostrum amphitheatrum dulci uino commixtũ Crocũ ante
ludorũ ingressum conspergeret:ne patria nostra nullius opis indiga hoc tam
præciosum munus aliunde mendicaret:Cuius in nostro agro nobilitas atq; co
pia non corico Ciliciæ|non olympo liciæ:non centuripino Siciliæ|non phlæ/
græis campis concedere uideatur.

Salinæ. Mihi demũ multaꝝ laudũ enumeratione defatigato:se omniũ obtulit na
tiui salis in nostris montibus quondam amplissima laus:quandoquidem uita
humanior sine eo nequit degere|adeoq; necessarium elementũ sit.noluit sollers
natura agrum nostrum omniũ reꝝ munere donatum|hoc præcipuo hominũ
& iumentoꝝ condimento carere:& quom longe a nobis salsi liquoris abesset
opportuna necessitas:Dedit fossiles ex cauernosis rupibus sales|cui rei argu/
mentũ est.Solius nominis appellatione adhuc salinarum frequens uicus:neq;
mirum cuiquã hoc sit:quom India ex Ormeno monte lapidicinarum modo:

& cappadocia e terra dẽsato humore specularii lapidũ more excidisse dicant.

Extrema erit igitur hæc Veronæ laudũ perscrutatio: Vereor enim si eas ad unam perquisiuisse uolucro, tandem in illud prouerbiũ deueniam: Quod uana græcoꝝ garrulitas de sami fertilitate cantauit, eam etiam gallinæ lac protulisse. Superant. & alia profecto quarũ singula cuicũq; ciuitati ornamento esse possunt, quæ omnia in uinũ collata, unanimi sententia, patriam nostram extollunt, exornant, admirandũq; omnibus præstant. Hæc erant profecto Andrea quæ mihi & cuiq; exercitatissimo oratori spaciosam laudandi aream apcruissent, uerum non modo hæc, sed alia excogitare uisum est: Quæ maiori ornamento atq; decori nostræ patriæ cederent. ornatissimam uidelicet humanarũ diuinarũq; legum sanctionem, ac ab condita ciuitate ordinatam iustitiæ & magistratuũ cum temperamento moderationem: Quibus uici, oppida ciuitates in maiorem q̃ magnifico muroꝝ sumptu propagantur memoriam. Eoq; magis impulsus sum quom illa pena longa prioꝝ taciturnitate, & impendio lassioris temporis abolita, uel ab aliis neglecta & fortasse ignoratione prætermissa conspicerem: Igit̃ nos obliterata & uetustatis situ obsita non minus laboriose q̃ accurate scrutabimur, eruemusq;: Quod si diligentius rimari uellim, ne cessariũ est altiori repetitione primæuas rerum publicaꝝ institutiones a penitissimis exordiis reuoluam: Maiores nostri non adeo uanis insulsisq;, ut aiunt, Poetarum fabellis temere finxerũt: Orpheum threiciæ gentis primordium, & plectro & cithara a montibus auritas ornosia siluis imanes feras, aues ab æthe rea scopulis grandia saxa ad uocalem doctiloquũq; sonum traxisse. Amphionemq;, qui septem uoci modulantis lyræ concentu ad thebana mœnia saxum in saxum insilire coegit, quoniam ille suaui & composita oratione agrestes illos, & ad cõmunitatem indigestos uiros ab tenebrosos antroꝝ latebris & arborum cauatis corticibus ad congregandos hominum cœtus se uocauit. Hic uero ornata eloquentia non modo uicatim, sed ciuium unionem policita ordinatione composuit. Post hos ab antiquitatũ scriptoribus traditũ accepimus Phoroneum, Cecropem, Museũ, Minoem, Draconem, Lycurgum, Solonem, Platonem Pythagoram legum latorum principes extitisse: Quoꝝ alii in ægyptum profecti, apud illos sacras cerimonias astrorum cursus iudicioꝝ & legũ causas edocti, ad patriam reuersi res publicas: sacro & humano dogmate cõmunierẽ: Sũ ratus non fore molestũ legentibus si anteq̃ nostram, aliarũ rerum publicarũ institutiones enumerauero: Aegyptioꝝ imprimis Dynastia triplici hominũ genere ordinata fuit: Agricolarũ, qui parua mercedæ a sacerdotibus & a rege agros mercati oẽm ætatem in illis sine intromissione conterebant. Pastoꝝ quũ apud ueteres omnis peculii uis in pecoꝝ adiumento inniteret̃, opificum, quoniam excultæ artes tum ad uitæ hominũ cõmoditatem, tũ ad ocia tollenda nõ parum conducere uidebantur: Iudiciaq; nõ casu: sed ratione probata habuere

Orpheus.

Amphiõ.

Legũ latores

Res.P. ægyptioꝝ

Res.P.Indorum. ægyptiiquæ plurimum mortalium societati prodesse arbitrantur:quom optimã uiuẽdi rationẽ putarent punire sontes subuenire oppressis:extollere probos.

Non abs.miles fuerint:& indi:qui ab Dionysio ex Iouis femore nato instituti omnem corum multitudinem in septem genera dispartitam habuere.Quorum philosophi honore antecedunt:numero uero pauci sunt:hi sacrorum & defunctorum curam habent.Nono anno de fructibus:de animalibus : de re.publica.in medium proferunt & qui mendax tertio deprehensus fuerit perpetuo silentio damnat̃.Secunda tribus agricolarum est:qui plurimi sunt:& paccatissimi in maxima operandi licentia & immunitate militiæ:quandoquidem aliis pugnãtibus ipsi sine periculo arant atq; fodiũt:conducti operantur:& quartam fructuum regi partem persoluunt.Tertium genus Pastorum est:uenationibus & pascendis iumentis accõmodatũ.hi terram a bestiis liberant:& ab auibus quæ semina legunt.Errabundi intuguriis degũt.Quartũ locum artifices habent: Quorum pars armis:pars rusticis instrumentis.alii aliis utilibus rebus fabricandis uacant.Tribunus arma militibus præstat prebet:& classis præfectus naues nauigantibus & mercatoribus precio locant.Quinto ordine censent̃ milites: qui reliquum tempus ociosi agunt in locis ab rege constitutis:ut belli ingruẽte tumultu præsto ad arma parati sint:Sexti sunt præsides:quos Ephoros nuncupauere.hi inspicientes quæcũq; aguntur clam regi omnia referunt.Septimi sunt Consiliarii:& regi assidentes : Qui magistratus & iudicia & rerũ omniũ administrationem faciũt.fuit quoq; peruetusto Cretensiũ res ordinata dogmate.

Res.p.cretensium. Tradit minorem grauissimus auctor Ephorus solertissimũ legum latorem post uindicatum maris imperium cretamq; insulam trifariam dispartitam cretenses legum moderatione composuisse:Qui antiquissimum Rhadamantum

Radamãtus uirũ quondam iustitia:ac æquitate celeberrimum cũ cognomine imitatus est: ille quidem primus legibus insulam & habitandis urbibus:& ciuilibus institutis ad mansuetiores uiuendi ritus perduxit.Is posita in medium Decreta singu

Minos. la ab Ioue ea fere commentabatur.hunc igit̃ sectatus Minos nouem.per ãnos Iouis antrum conscendebat:ibiq; diutius immoratus emergebat:esse constru

Leges cretensium. cta tenens mãdata:Quæ consulta & sanctiones Iouis esse astipularetur:quarum sũmam nec me referre:nec lectores audire pigebit: Primũ potissimumq; illud tanq̃ omnium rerum caput uolebat ciuitates ad libertatem conditas esse quãdoquidem hæc sola sit:quæ bona possidentiũ propria esse facit.bona uero quæ in seruitute sunt:non subditorum:sed imperantium sunt. Alterum fuit ut cuncti modeste tenuiterq; uitam degerent:ut concordia seditioni altius exerescenti : q̃ deliciis gignitur & auaritia aduersaret̃:Ideoq; pueros ad contentus uirosq; ætatis adultæ ad conuiuia cogebat:ut tenuiores æqualem cũ locupletibus portionem epublicis alimentis assequerentur:Vt aũt non formidinem sed fiduciam audenti animo campescerent:in armis ac laboribus ab incunte puericia con

suefacere:ut ardores & frigora uiasq; accliuem & arduam quondam ficti certaminis præludio despicarent. Erat in gymnasiis assidua & continua exercitatio:ut instructis pugnis plagas uerberātium hac toleratione minoris existimarent:eosq; arcubus & inter arma saltibus exercere constituit: Quos principio curetem ostendisse ferunt:Deinde instruxisse:ut quam appellant pyrricam saltationem saltarent:adeo ut nec ludus qdem bellicæ fuerit expers utilitatis:uisserat insuper sagulo & calceo militari assiduo usu cōtegerent.eiusq; summa mādatorum uidebatur.ut arma imprimis ueluti preciosa munera semper contrectāda uenerarentur:Hæc decreta cū priscis temporibus optimis essent instituta legibus meminerūt Plato & Ephorus grauissimi rerum scriptores cretensium æmulos & sectatores fuisse grecorum optimos atq; primarios:imprimisq; lacedęmonios:Qui eorum rudimenta diligentius accuratiusq; expoliuere:ipsorum autem politioni multo labore optimus omniū lycurgus insudauit.hic nāq; ob Charilai fratris filii declinandā remouendamq; de occupando imperio suspitionem sponte exul cretā profectus Thaletis deinde musici atq; iurisconsulti consuetudine doctior factus ægyptias petiit orasa quibus gentis illius sacratissima iura auido ebibit ore:inde digressus in patriam rediens iter per chium fecit:ubi multorum sententia cum doctissimo omnium Homero collocutū fuisse memoria proditum est:Talibus itaq; ex longa peregrinatione legū sanctionibus initiatus leges compositurus:dogmata a secretiore Apollinis cortina tāq̄ diuina oracula non hominibus uiolanda sed perpetua obseruatione custodienda Minorum in morem e Iouis antro magna ex parte simillima confinxit: Laconumq; imperium ad fugiendam tyrrannicam oppressionem perordinauit: Primum enim fuit & maximum seniorum constitutio: Quā ait Plato tumescenti regum imperio admixtam:& ad maximas res adipiscendas salutem simul & continētiam æqualem potestatem assecutam:Suspensa nāq; res.pub.ad reges:nūc ad tyrannidem:nunc ad plebem in democratiam declinabat:Principatum seniorum in medio statuit:ne pronior in neutrā partem deuergeret:Semperq; enim octo & uiginti seniores illis cum regibus assistebāt: ut populari principatui repugnarent:itum uero ne tyrannus fieret rursum populi iuribus fauebant. Secūdum uero institutum ac generosissimū est agri dimensionam quom inæqualitas nimia esset:pauperesq; & egeni a paucioribus diuitibus contumeliis & delitiis perturbarent:persuasit ut solum omne in medio positū a principio diuiderent:& parili sortione pariq; censu inuicem omnes degerent:Præterea quom magis animo uolutasset uoluptatum & delitiarū auferre infrene desideriū:Institutum tertium atq; pulcherrimū superinduxit conuiuiorum apparatum:quo simul cœnatū conuenientes ad cōmunia & ordinata opsonia ac cibos nequaq̄ domi discumberent aut superstrata preciosa mensasq; magnifice instructas inter coquorum manus sub noctem longa ingurgitatione ueluti gulosorum uoraces

Lycurgus

Res.P. Lacedæmonū

gurgites impiguescerent: Atq; una ganeis corpora: scurrulitate mores corrum perent: ad omnẽ libidinem faciemq; resoluti: Quod cõmune conuiuandi in stitutũ illud efficit: ut magni apparatus ostentatio ab oibus eliminari cõdisce ret: quom una cum paupere opulentus promiscue coenitaret. Ad hæc conui/uia: Quæ cretenses andri a uiris lacedæmones phidicia appellant: adolescen/tes conueniebant: ueluti ad pudicitiæ scholam deducerentᷣ: confabulationesq; ciuiles a senioribus audire consuescebant, & liberaliũ artium præceptores sum ma obseruãtia intuebantᷣ: admirabantᷣq;: iocariq; ipsi & comiter sine scurrulita te cauillari iam tũ a teneris iniciabantᷣ: Præclarissima & eiusdem doctrina ad connubia & sobolem procreandã fuit: Exercitatissime enim. cursibus & lucta/

Institutũ ad connu bia

tionibus iactibusq; discoꝝ: atq; iaculoꝝ: uirgines in matrimonio dari uideban tur: ut quẽadmodũ germinũ radix acre acribus corporibus principiũ summit tens melius germinatis ita & hæ partus robuste tolerantes honeste simul & fa/cile aduersus dolores repugnarent. Natos aũt nutriendi ius genitori non erat:

Mos nu/triendi fi/lios.

Sed eos in locũ leschen uocitatũ deportabant ubi sedentesq ex tribulibus ma ximi natu essent. Siquidem infantem animaduerterent indole pulchra: ac effi/gie robusta effictum educari iubebant: Si autem ignauũ ac deformem expo/nendum mittebant: Infantes nõ aqua: Sed uino mulieres abluebant. experimẽ tũ quoddam ipsoꝝ habitudinis facientes: Dicitᷣ enim comitiali morbo pueros aut alii ægrotationi obnoxios admoto mero debilitari: ac resolui: Qui autem essent firmæ ualitudinis magis acuere ac firmare habitum: Erat insuper circa nutrices artificiosa quædam diligentia: ut nullis adhibitis infantiæ minis infan tes & nutrientes ipsos tam membris tã specie liberales ac uenustos redderent.

Laconicæ nutrices

Proinde ab exteris ad nutriendos filios Laconicæ nutrices multa impensa eme bantᷣ: Iuuenes uero publicis educati alimentis non modo uenationibus & cur/rendi certamine: Sed tybia & lyra hythmisq; magis ad pugnam cõferũt: sicut in re consuere bellica: plagas serio ultro citroq; immittunt: non nullas quidem cominus alias ueto contortis telis eminus. Erat in iure dicendo contitne uo/cata doctorum uirorum seuerissima consuetudo. Erat & nummi ferrei uti/lis & oportuna signatio: ad diuitiarum thesaurorumq; comprimendam cu/piditatem: At qui humandi minuis optime Lycurgus ipse constituit: cuius itaq; legibus urbis illa in quinquagesimum annum usq; usa gratiæ tranquil/litate & gloria præstitit.

Res.p. Athenien sium Cecrops Theseus Solon

Inter Græcorum igitur præstantissimas urbes summa rei atheniensium enituit: quam in duodecim ciuitates a Cecrope digestã: Theseus in unam con/gregauit. Sed etiam Solon uir omni disciplina & iustitia insignis unus nõ mo do consensu hominũ. Sed oraculi asseueratione sapientissimus: Atheniensium leges tanto temperamẽto condidit: ut pari gratia: qđ rarũ est: & plebẽ & senatũ cõponeret. Imprimis nãq; post Sisachtheã legẽ fœlix initiũ faustũq; ad cæteras

leges condendas omniũ suorꝫ consensu legũ lator creatus / Draconis decreta Dracon
non nilotici calami arguria:non pulla atramenti litura:Sed crudo hyrcani fu/
roris sanguine exarata ob suppliciorum asperitatem / atq; immanissimã atro/
citatem abroganda curauit. Remq; Atheniensium publicam in medimnos
hippodas Zeugitas & Thetas/dispartito censu ex ordine digessit. Areopagi/ Areopagi
tarum a quibus teste Plinio.primum capitis iudicium in Martis uico/unde te.
illi nomen pronunciatum fuit / conciliũ uulgatiore fama constituit/licet sen/
tiant alii/multo ante Solonem illud constitutum fuisse.legem insuper bifor/
mis Cecropis de taeclis/maris & foeminae grato & decenti uinculo colligatis
sanctiori constitutione perornauit profusam ac licentiosam uoluptatum foe/
damq; libidinum intemperantiã / atq; enormitatem legũ infrenatione deleuit.

Plurima quoq; auctoritate testamentorꝫ ordinationi accuratissime prospe/
xit:Post compositas res urbanas/quom agrorum cultum humano usui atq; cõ
muni hominum societati pernecessarium fore conspiceret/Agrestibus institu/
tionibus non minore diligentia consuluit.De plantationibus scrobe & apibus
pro rerum opportunitate discernens/cuius leges aereis tabulis incisae:non mo/
do Athenas / sed pene immensum orbem terrarꝫ aequissimis sanctionibus in
plurima saecula direxit:Hae sunt Athenae/ubi bonarum artium disciplinae sa/
crarium constitutum fuit:ubi academica morum & doctrinae floruit eminen/
tissima gloria:in qua post deductam a Socrate in terras ab olympo philoso/
phiam / Plato decem clarissimis uoluminibus / Aristoteles octo politicam or/
dinationem:quo truculentam tyrannorum crudelitatem ab ciuitatibus exige/
ret/Diuino ingenio persoluerunt.amplissimam harum atq; latissimam Roma Romano
nam democratiam concelebrauerunt omnes poetae & scriptores latini pariter: rũ demo/
& achiui:Quae constantissima uirorum rigiditate & uitae prodigia pro arden cratia.
tissimo in patriam amore imperiũ pene ad utrosq; polos proiecit.Coepta enim
ab infami asylo in senatoriam dignitatem ab Romulo ordinata/& martialiũ
atq; bellicosorꝫ hominum uirtute innixa in firmissimum tanti regni robur per
breui conualuit.in qua primũ a triginta populi Romani partibus/Quas cu/
rias appellabãt/Romulus curiatas leges recenti & rudi sanctione tulit:Dehinc Curiatae
sub superbo Demarathi corinthii filio ius Papinianũ in mediũ prodiit.quom leges:
Papyrius uno libro leges sine ordine latas in unum composuerit. Ius Papi/

Exactis uero regibus Decem uiri publica auctoritate delecti graecorum nianum.
peritissimos adiuere:a quis leges tabulis eboreis auctas pro rostris ad commu Decẽ uiri
nem institutionem exposuerũt.Et postero anno additis duabus ex re nata.xii.
tabularum leges dixere.Ex his nanq; ciuile ius Flauianum elianum actionesq;
legis defluxerunt.fuit & plebiscitum Quod ex discordia plebis a senatu sine
auctoritate patrum est constitutũ.ex uolubilis uulgi difficultate cura rei pu/
blicae ad senatum deducta. Senatus interposita auctoritas senatusconsultum

Ius honorarium. *Leges multæ.* *Lex fania & alię*

poſtremo creauit. Demũ ab prętoꝝ edictis ius honorarium/quod ab honore prętoris corriuaretur/conſtitutũ dicitur. Irrogatæ ſunt in dies leges.plurimæ & ſingulæ a Romanoꝝ ſingulari appellatione tum contra ſumptuarios & procaci libidine marcentes:tũ contra alioꝝ ſcelerum ſontes:ut his finibus luxuriæ efferueſcentes æſtus coercerentur:Lex ſcilicet Fania a fanio/ Licinia a licino: Aemilia ab Aemilio:Iulia a Iulio/& reliquæ/Q uas ſingulas non recenſendas eſſe conſulto conſtitui/ue legentes longe recitationis faſtidio afficerent:Q uarum ſaluberrima ſanctione omnes qui ſub imperatoria maieſtate cenſent ad amuſſim degunt/reguntur/atq; infrenantur.

Conſules *Cenſores* *Dictatoris dignitas.* *Tribunꝰ* *Q ueſtor* *Aediles* *Prętores.*

Fuerunt in eadem Re.p.diuiſi magiſtratuũ ſuggeſtus:& ad populi cõmunem moderationẽ & religionis contuendos honores/quippe depulſi regum tyrãnica & ſuperba occupatione conſules duo imperii gubernacula rexere:Dicti ut rei publicæ plurimum & optime conſulerent:Q uibus deinde ab augendo cenſu Cenſores additi ſunt:Q ui ſoboles familias pecunias cenſerent:populiq; mores rigida caſtigatione regerent:atq; tuerentur:in ſummo & enim reꝝ diſcrimine ob belloꝝ periculoſas uiciſſitudines ſumma omniũ magiſtratuũ poteſtas ſemeſtris dictatoris fuit:cui ut regibus tribuni Celerũ ſic equitum magiſtri militũ cẽturias impio cohiberẽt:Seceſſio deinde plebis a patribus plebeiũ tribunorum munus creauit:a tribubus denominatũ ad publicam quærendam tuendãq; pecuniam ærarium ſibi petiit/Q uæſtorem unum/alterum quæſtionis exercendæ patricidium quæſtorem uoluerunt:Plebeia & erat ædilitia dignitas:quæ urbem ãnonam .ludos ſolennes deorum ædes a quibus & nomen curabat:Prætores fuere duo/Alter qui urbanis ius diceret:urbanus.Alter peregrinis peregrinus cognomento dictus eſt.

Reuerendior fuit & religionis multiuaga obſeruatio quæ uana licet ſuperſtitione ſaluos/flamines/augures/ueſtales/pontifices forciales:uerbenarios:Patriſpatratũ maxima fide integerrima ſimplicitate per q̃ religioſiſſima pietate colebant uenerabanturq;:Cęteꝝ res Romana non uero dei cultu/ſed laruarum illuſa imaginibus ab tanto rerum culmine in profundiſſimã decidit præcipitii ruinam:ut nunc ſola tanti nominis umbra ſuperſit.

Venetoꝝ ariſtocratia.

Poſtrema Venetoꝝ Ariſtocratia uerũ omniũ ea eſt/quę ſub ſplendido chriſtianę fidei lumine cœpta/nõ ſupſtitioſę religiõis ĩnixa radicibus ad nouiſſimã totius orbis cõſumationẽ uſq; pdurabat.Q uã nõ colluuies ſceleratoꝝ/ſed reliquię iuſtoꝝ ex ardente Italia ab dei flagello receptę pie & ſancte fundauerũt. Ab his ergo erecta ad celſa optimatũ culmina ſenſim excretis uiribꝰ puenit:& terra mariq; porrecta ditiõe nõ regnoꝝ auiditate/ſed tyrãnoꝝ expulſa ſęuitie/humanitate in pplos/fide & auxilio in ſocios:ęqtate ĩ oẽs:ſola florẽtiſſimo ĩpio Venetoꝝ res.p.nr̃o æuo nũcupari uerиſſime poſſit:In eã ſiqdem ueluti ĩ omniũ bonoꝝ cõceptaculũ quicqd iuris legũ & æqui ex reliquis ſupfuerat corriuatũ.

eſt:ea nanq; profecto eſt:quæ non modo ab Aegyptiis & Indis optimas bene uiuendi inſtitutiones:ab Cretenſibus Lacedæmoniis & Atenienſibus legũ tabellas:uerũ partim Romanorum ueſtigia imitata & aliorum dogmata complexa ex pœnitiſſima philoſophantiũ iuxta rationem iuris diſciplinã exhauſit:& ex pluribus omnibus ſingulorum ac peculiarem bene inſtitutæ uitæ ad ſuam ſuorumq; communem utilitatem ſelegerit moderationem:Quæ non id ius ciuile proſequitur:Quod litigandi uram & iuris litigioſam ægrotationem tradit: Sed ſummã legis rationem inſitam in natura quæ iubet ea quæ faciẽda ſunt: prohibetq; contraria:eadem ratio quõ eſt in hominis mente confirmata & cõfecta lex eſt.Itaq; arbitratur prudentiã eſſe legem:cuius ea ius eſt:ut recte facere iubeat:uetet delinquere:Bene igitur hoc iure digeſta præfecit ad tantæ rei gubernationem magiſtratus poteſtatem: Cuius teſte Cicerone hæc ius eſt ut preſſit:præſcribatq; recta & utilia & coniuncta cum legibus. Vt enim magiſtratibus leges:ita populo præſunt magiſtratus:uereq; dici poteſt magiſtratũ legem eſſe loquentem:Legem autem mutum magiſtratum:Nil porro tam aptum eſt ad ius conditionemq; naturæ q̃ imperium ſine quo nec domus ulla: nec ciuitas nec gens:nec hominum uniuerſum genus ſtare:nec rerum natura omnis nec ipſe mundus poteſt:Nam & huic deo maximo paret:Et huic obediunt maria terræq; & hominum uita iuſſis ſupremæ legis obtemperat:omnes atq; antiquæ gentes legibus quondã paruerunt:Quod genus imperii primum ad homines iuſtiſſimos & ſapientiſſimos deferebatur:id maxime in Venetorum re publica factitatum cõſpicimus:q in ea ducis principalis poteſtas cum ſapientiſſimis conſiliatiis præſit tanti imperii ſpeciem multorum ueluti regum ueneranda maieſtate præferentes:quibus magnorum ſapientum & continentis & maris.adiicitur ex re nuncupata dignitas. Dux Sapiẽtes.

Adſunt ſine prouocatione Decemuiri:quæ rei ſummę grauiſſima animaduerſione diffinientes:obnunciat magna totius imperii aduocatione Triũuiralis auctoritas ſiquæ minus diligenti uigilantia perſpecta ac ſtatuta uidentur: in melius referre atq; emendare compellens:Conſulit in mediũ ad Centuriata comitia innumerabiles patriciorum conuentus:Splendet quirinali proſpectu in curia Senatorius ordo. Tuentur orphanorum orbitatem ſeniores & omni uita probati integerrimi Curatores:e quorũ cœtu in demortuus Princeps ciuium ſuffragiis ſurrogatur.Tenet ampliſſimum forum mille iudiciorum ſubſellia:quibus ſeparatis per ſeriem reorum cauſis ad commotam urnam patet expeditæ iuſtitiæ latiſſima ianua:Cognoſcunt controuerſias & reddunt æquiſſimũ ius tres urbani prætores totidemq; peregrini:Qui prouincialium prætorum ambitioſas ſñias uel approbant uel graui cenſura corrigunt atq; reſcindunt:Quæſtorii ſunt uiri urbici & prouinciis præſidentes.Quorum eſt ex uectigalibus collectam pecuniã in ęrariũ reponendã curare:neruoſq; rei publicæ ſolerti indu Decẽuiri Cõſiliarii Triũuiri Curatores Forum iudiciale. Prętores urbani Prętores peregrini Quęſtorii uiri.

ſtria conſeruare:ſubticeo innumeros tã bonos q̃ neceſſarios urbis Venetæ ma/ giſtratus:ne eoꝝ notiſſima diuulgatio:me ſigillatim recenſente:tediũ audienti bus peperiſſet:Non libuit tamẽ poſtremo præteriiſſe munitiſſimi naualis ſoli/ citos præfectos: Qui cõmuni ope cura & diligentia clauſis iã foribus omnia armamentoꝝ genera tum ad bella maritima:tum ad terreſtria contra barbaros & immaniſſimos hoſtes continuo operarioꝝ labore domi comparant:ut foris opportuna prompta:& ſi quãdo opus fuerit extemporanea in tumultuarias in curſiones bellorum ſit expeditio. Ex quibus rebus illud efficitur:ut Venetoꝝ imperium his qui ſub eorum libera protectione gubernantur pietati & obſer/ uantiæ ſit:externis uero terrori:ad quod tyrannica factione oppreſſi:itaq̃ uã ad ſalutis confugium indies concurrant.

Præfectus naualis.

Nec ſunt reticendi monetales uiri:quibus ob moderatã & probatã ab om/ ni cupiditate uitæ temperantiã ſignandæ pecuniæ ſedulitas atq; cuſtodia de/ mandata eſt:in ſplendidiſſima enim officina parcas artificum manus ſed labo rioſas obſeruãt:ubi auri & argenti innumera talenta ſingulis diebus cudendo in nummos feriuntur:grãde & præcipuũ imperii ſuſtentaculum:ut quondam philippei a rege:flauii a gentilicia domo:ſic noſtro æuo Troni:marcelli a nobi liſſimis principum Venetorum familiis denominantur.

Viri mo/ netales.

Igitur mi Andrea nõ mediocriter nobis lætandum eſſe uidetur: Quibus contigit numine diuũ ſub fœliciſſima eoꝝ moderatione tranquilla mentis &, reꝝ quiete tutiſſime uiuere:Fuerat & ipſa inclyta ciuitas Verona:(ſi parua licet componere magnis:)nõ minori legum magiſtratuũq; ſanctione ordine digeſta præcipuo:cuius ſcita & inſtituta e media conſultoꝝ & ciuilis iuris ſchola de/ cepta:rũ ad agri totius utilem gubernationem:tum ad forenſium cauſaꝝ diri/ mendas controuerſias intacta relinquo:ut de eius magiſtratibus & mercatoꝝ domo longiuſcula a nobis habeatur oratio. Stat adhuc antiquoꝝ imitata ue/ ſtigia primũ conſularis & ſemeſtris dignitas:quæ pro rei.p.negociis & referre & conſulere:ſemper parata eos hodie largo uocabulo ciuitatis prouiſores nun cupamus:ſunt & ædiles:Quoꝝ diligentia ſupplicationes:ædes:templa:uias: aquaꝝ ductus admirando hoꝝ ordine conſeruare atq; tueri cogit:Curatq; in/ ſtitoꝝ dolo malo defraudata uaſa:ut Satyrici duo idem apud romanos fuiſſe teſtantur:Iuuenalis:huius qui trahitur prætextam ſumere manis:An Fidenaꝝ gabioꝝ q; eſſe poteſtas:Et de menſura ius dicere uaſa minora frangere pãno/ ſis uacuis ædilis ulubris:Idem meminit & Perſius his carminibus Italo q; ho/ nore ſupinus fregerit heminas areti ædilis iniquas: Exercent conſimilem pene per agrum poteſtatem duo alii ædiles:quibus ius eſt delinquentes grãdi & mi nori pecunia citra ſanguinem mulctare:hi uicos actus publicos atq; priuatas uias militares fontium riuulos:minoꝝ fluminum meatus:maioꝝ aggeres mu/ nimenta & obiices ſtudioſiſſime procurant.ne rapidiſſimus amniũ:atq; toren/

Res.p. Veron.

Cõſularis dignitas.

Prouiſo/ res urbis.

Iuuenalis

Perſius

Duo ędi/ les.

Prouiſo/ res duga/ lium.

tium impetus cũ ſtabulis armẽta trahãt:bouũq; labores. Inter primores urbis præfectus eſt:Qui militũ legionibus præſit:munitiſſimas ciuitatis & agri artes uigilantiſſima ſolicitudine cuſtodit: nocturnos & rebus alioꝝ inhiantes fures per excubias propellit:petulanteſq; bacchantium atq; laſciuientiũ iuuenum nimia uini & cibi ingurgitatione crapulaq; rixas nocte uigilanti cuſtodia coercet:Ius inſuper ſtipendiariis ſine certa legum ſanctione militari expeditione ſolcatus ſuo arbitratu reddat.Eſt iſto potiore honore prętoris urbani ſuprema dignitas:cui omniũ ciuium & agreſtium gubernatio laborioſa ſedulitate noctu & interdiu incumbit.in clamoſo foro pro tribunali ſedet prætor.Cauſas auditurus omnibus conſulte induſtrie ac ſeuere adminiſtraturus:cui ſumma poteſtas parricidas ſiccarioſq; omneſq; nefandos Sontes rerũ membroꝝ atq; capitis damnare:huic tamen tantę de capite damnationi conſotia eſt . nobiliũ ciuium octum uiralis curia:quoꝝ ſuffragia nigrum poſſint ponere Theta : & hæc ſemeſtris auctoritas:Verum quom prætorius honos pene regalis maieſtas ob populoſæ plebis numeroſitatem ad maiora ſummæ rei gubernandæ diſtrahat:Sedent in diſtinctis ſubſelliis octũuiri iuris cæſarei atq; pontificii conſultiſſimi : Quorum primus ex prætoris carentia quum eius uices gerat Vicarius eſt nũcupatus:Alter quæſtor parricidiarius & latrunculator perſquiſita tormentis ſceleratoꝝ crimina crucibus & equuleis punienda offert:Reliqui quoꝝ duo peregrini:cæteri municipes forenſes litigantium controuerſias cum prouocatione ad prætorem decidunt.

Præfectus militũ

Prætor urbanus

Curia octum uiralis

Nec noſtri fori duo digniſſima collegia negligenda eſſe cenſeo:Alterũ peritiſſimoꝝ utriuſq; iuris conſultoꝝ:quod feracis matris redolens bonitatem pręeminentiſſimis uiroꝝ ingeniis ſemper antiquoꝝ memoria refloruit : hoꝝ iam tum eximiam fecundæ prolis indolem dignoſcens Benedictus Romanus Pontifex Max.in ampliſſimam doctrinæ familiam perueturam publicam omnium artium academiam conſtituit : omnibuſq; inſignibus auctorandi conſultos Theologiæ:ac philoſophiæ magiſtros largo pontificiæ benignitatis munere condonauit:Alterum uero ſcribarum ad dictata & pragmata ad teſtamenta peritiſſime calentium eſt:in quod nulli datur acceſſus : liceat imperiali auctoritate polleat : niſi tãq̃ aurum igne probatum ab tanti collegii prudentibus & doctiſſimis examinatoribus exactiſſima & caſtigatiſſima tum bonarũ litterarum:tum tabellionatus:tũ morum cenſura ad tanti officii munus ſubeundũ idoneus repertus fuerit:& omnem tulerit punctum : ex quo illud efficitur ut integerrimi & probatiſſimi ex nobiliſſimis familiis non quæſtus gratia : Sed huius honoris ambitione digniſſimo cœtu aſciſci enixiſſime elaborent:adeo ut noſtra tempeſtate ſupra trecentos omni laude probatos uiros in eo conuẽtu facillime inuenias:Exornat tertius ciuitatem noſtram Medicoꝝ conuetus : in quo ſemper licuit:liceteq; multos Aeſculapos atq; Machaonas admirari :Qui

Duo collegia

Priuilegium crean di doctores conceſſum

Collegiũ notarioꝝ

Collegiũ medicoꝝ

omnium artiũ eruditione præſtantes non modo languentia ægrotantium cor pora ſaluti reſtituũt Verum anhelosa ſuſpiratione & gemebundo ſingultu la borantes homines ad uitam reuocant fugienteſq; ab ore animas in pectora re dire cogunt: Nec tantum hac ſalubri doctrina patriæ & ſuis prodeſſe conten ti. Sed uniuerſæ pene Italiæ & exterarum nationum gymnaſia academiaſq; tum legendo tum ſcribendo tum ſanando complecutunt.

Cæterum cum multifera Veronæ fertilitas ad uaria metallorum marmoꝝ lignorum omnium frugum: In primiſq; Pannoꝝ cõmertia peregrinos nego ciatores ſæpenumero ad ſe accerſeret: & ut eſt miſerorum mortalium conditio ob habendi inexplebilem cupiditatem lites inter ultro citroq; uendentes merca tores exorianť: Domus Mercatoꝝ ex re ipſa cognominata eſt in qua maio res noſtri ciuitatem ſuam iuſtitia magiſq; muroꝝ ambitu præmunitam cupi entes prætorem peregrinũ & urbani Vicariũ ad præiuditia expedita & æqua lance promptuaria e legerunt: Cui tres ciues rerum & negocioꝝ multiſcios cõ ſiliarios addiderunt: Alter æque additus eſt minor ædilis: Qui errabundus per urbem & per agrum adulterinas merces aduectitios aliunde pannos defrauda ta ſigna q̃ diligentiſſime perſcrutatur: reoſq; poſt dictam diem ante iudices ad præiudicium cogit. ad ſemeſtrẽ igitur hũc magiſtratum uiri moꝝ integritate religionis pietate multaꝝ rerũ experientia probati publicis totius cõſilii ſuffra gationibus deligunť. Qui æquitate quadã magis q̃ ſeuera nimium iuris ani maduerſione expulſis Rauillaꝝ uerboſis ambagibus mutilatis diuturnarum litium diuerticulis ſancte induſtrieq; diiudicant: Exinde quom plurimæ negoi tiorum fraudes in horas increbreſcecent: Sanctiſſimæ quæ ſunt in manibus or dinationes a grauiſſimis illis patribus cõſtitutæ ſunt ut iudices promptiſſima expeditione ad rubricam diſcernerent: Operarioꝝ uero uulgus præfinitos ſuæ artis limites ad lineam cuſtodiret. In his enim quid omnes cerdonum mecha nicæ manus ſine dolo & fraude exerceeant quom fraus hominum cuncta per nitie corrumpat: Diligenti ſolertia ſanctum eſt ut non modo locus hic a fo renſibus litibus ſecretus uerũ quæcũq; bene conſtituta ciuitas talibus conſtitu tionibus commode regi atq; gubernari poſſet. Imprimis ea præcipua eſt ad la nificium inter cætera urbis noſtræ emolumenta ſingulare auxilium unicũ ro bur. certiſſima ſpes firmiſſima ſuſtentatio & ſit & habeatur: Quippe quom pecudum Veronenſiũ magna ſit in uſu uellerum gratia non modo ad corpoꝝ tutellam ex plurima lanificii copia uerum ob lanæ candorem molliciem & ge neroſitatem ad purpuram dibaphã ad cœcũ da ſarrana conchilia atyriis ahe nis babyloniciſq; picturis magno deſiderio expetantur ut betica fluenta canu ſium Tarentum Myletum ſuam ad nos tranſlatam gloriam fateantur: Idem uniuerſa Italia ingenue fatetur tum priſca pannorum mercatura Itur ad nos a molliſſimis totius orientis delitiis ſeu laticlam tunicã ſeu togam regiam ſeu

Magiſtratus domꝰ mercaꝝ

Lanificii ordinatio & utilitas maxima

prætextam trabeam aut triumphalem ad luxuriosissimũ sumptum perquisiue rint: Ex quo illud est ut ciues nostri ex mille per saltus errantium ouium gregi bus ditescant: grandiaq; peculia exaugeant: nec minus famelica plebis turba tum carminando tum texendo uictum pro se & charis natis duriter ac parce quærirent. Post perutilem huius lanificii constitutionem iidem maiores nostri omnibus iustitiæ partibus consulentes quæ homines ad cõmunem uitæ cõmo ditatem iubente natura compellit: Societatemq; exparili rerũ partitione con gregandam inuitat congregatamq; nectit roborat aque confir mat: Constitue runt omnium ponderum & mensurarum non defraudandam æquitatem: In eadem nanq; mercatoꝝ domo illorum archetypun collocarunt a quo singulo semestri trutinæ: lacertæ: sesquipedæ minæ atq; dolia ad destinatam iusti pon deris & mensuræ regulã referiunt ut res uenales sine fraude ęqua portione oĩ bus dispartiantur: Demum domus hæc coronato iudicum sedili scribarũ plu teis ornata ad ius reddendum constituta est. quæ ueluti totius ciuitatis ocellus atq; sacrarium antiquoꝝ & municipalium aurorum imagines ad decorum pa triæ & perpetuitatem æternam continet.

Sedet principio in suggestus fastigio ueneranda maiestate diuus tutellaris Zeno nostræ urbis quondam pontifex: Quem in omnibus actionibus post omnipotentis Dei eiusq; uirginis matris appellatum auxilium summa uenera tione præfamur. Neq; hic cæteroꝝ antistitum nostræ urbis eminentem sacræ relligionis reticendam censeboiq; in ea sex & triginta præsules Veronenses: & diem obiere & in diuoꝝ numero per Romani cultus moderatorem catholico totius christianæ rei publicæ consensu in cælum relati sunt. Stant e regio ne bonarum artium atq; omnis doctrinæ quatuor splendentia lumina: Quoꝝ primus æmylius macer est: quem Eusebius in temporum dimensione: Vero nensem in Asia mortuum esse attestatur: Naso uero sibi coæuum inter alios uates. Sic concinendo cõmemorat: Sæpe suas uolucres legit grandior æuo: Quæq; nocet serpens: quæ iuuet herba macer. Eumq; troianum bellum scri psisse in amoribus innuit: quom in elegia ad eum scripta hæc decantet carmen ad iratum dum tu perducis achilem: primaq; iuratis induis arma uires: Nos macer ignauæ ueneris cessamus in umbra: & tener ausuros grandia frangit amor. Demum elegiam hac ad macrum apostropha concludit. Nec tibi qua tutum uati macer arma canenti aureus in medio marte tacetur amor: Et paris est illic & adultera nobile crimen: Et comes extincto laodemia uiro. Si bene te noui non bella libentius istis. Dicis: & a uestris in mea castra redis. Cuius diui na opera ut plurimorum reliqua aut maiorum negligenti incuria aut inuiden tĩ barbarorum sæuicia hodie desideramus: Ab hoc alter est. C. Valerius Catul lus Lyricus poeta: cuius monebibles & lesbiæ passer elegans rersus: eiusq; ser mo quotidiano usui proprior: & tanta uerborum proprietate signantur con

Din⁹. Zeno patronus urbis

Triginta sex præsules Veronẽses. sancti canonizati.

Macer poeta

Catullus.

ſcriptus illud effecit: ut ab Ouidio & Martiale docti nũcupatione dignaretur nec Aulus:Gel.uir ſumma litterarum eruditione cum poetarum elegantiſſi/mum non tam audacter quam uere dixiſſe ueritus ſit: Tertius pariter uiſitur Plinius Secũdus ſenior non tam huius picturæ quæ uetuſtiſſima eſt: quã om/nium ueterum neotericorumq; & ſui ipſius teſtimonio Veroneñſis: quom Catul lum ſibi conterraneum in naturalis hiſtoriæ præfatione appellauerit. Libet hic ſubdubitatiunculam inter non nullos noſtri æui doctiſſimos uiros quæſi/tu non indecoro ſubortam enodare: Alii enim Euſebii & tranquilli non paruo teſtimonio innixi Plinium nouocomenſem dictitarunt: Alii autem ipſius au/ctoris certiore aſſeueratione in ſuæ narrationis exordio Veronenſem autu/mãt. Licet ſane hæc nõ parua ſit prouincia talibus utrinq; patronis ſuſtentatã litem dirimere: tamen ſi paccata animi moderatione a me uerum audierint me fortaſſe honorario iure iuſte iudicantem non aſpernabunt. Reſectis ſingulis quæ in medium non tam penſiculate quam minus ſcrupuloſe ab eruditis ſu/perioribus annis ultro citroq; allata ſunt: hoc ingenue tenendum arbitror. Eu/ſebium tranquillumq; non inſcite Plinium noſtrũ nouocomenſem appellaſſe quippe quom in liquido ſit ea ciuitate donatum fuiſſe: & grande peculiũ exu/beranſq; aruorum ſolum in cumenſi agro poſſediſſe: quo quidem incolatu no ui comi nomenclatura ab extrariis potiſſimum nuncupatus ſit. Verum quom ſui ipſius non abrogandũ teſtimonium plane perlego: quo ſibi Catullum conter raneum hoc eſt ciuem ſuũ uocitet: quomq; Veronæ & in agro Veronenſi qua tuor & decem epigrãmata quadam uetuſtatis maieſtate ueneranda ſint. in di/emq; hunc uiſantur: in quibus ſingulis legere eſt. Familiam Secundorũ muni/cipalem Veronæ extitiſſe: Plinium manifeſtiſſime remota omni prouocatione origine & progenie Veronenſem adiudico: Hinc teſte iuniore ſcripſit naturæ hiſtorias: opus diffuſum eruditum nec minus uarium q̃ ipſa natura: hoc legi/mus: ſuſpicimus atq; ueneramur: Sed eadem cũ cæteris iactura deſideramus. De equeſtri iaculatione librum unum: de uita Pomponii ſecundi amiciſſimi duos bellorũ germaniæ. xx. De inſtruendo perfecto oratore ab incunabulis uo lumina ſex. De dubio ſermone octo a fine Aufidii baſſi unũ & triginta: quod profecto mirandum eſt. uirum hũc equeſtribus militiis induſtriæ fungentem: procurationes quoq; ſplendidiſſimas atq; continuas ſumma integritate admi/niſtrantem: maximiſq; officiis in amicitia principum impeditum liberalibus ſtudiis tantam operam tam breui æuo dediſſe. Quartus aſtat iuxta hos iu/nior Plinius nepos: Secundus ex ſorore ſenioris natus: hic ut facile coniicere poſſumus auunculi eruditione inſtitutus: eiuſq; ueſtigia imitatus cauſas. Cla/riſſimus Orator acriter & ardenter nec minus ornate & polite dixit: Cui ex quatuor dicendi generibus Macrobius floridum uel ſuperiori uel huic malue/ris deſtinauit. Scripſit ad æquales & contubernales amicos epiſtolas quæ paſ/

Plinius ſecũdus ſenior.

Plinius iunior nepos

sim a doctissimis auidissime leguntur nec. Iniuria: quidem: insunt illis aptæ crebræq; sententię grauis & decora constructio perpolita uerba & antiqua quarum sermo est copiosus & uarius dulcis & imprimis qui ad legendum alliciat: Admiramur insuper breue uirorum illustrium opusculum in quo quanto uerborum compendio tantorum ducum gesta: comprehenderit non est facile enarratu: Est postea in anteriore domus fronte Guarini Veronensis maturi grauitate senii ueneranda facies: Cuius ætate quom bonæ litteræ ob triuialium grammatistarum inexplicabiles ambages in tenebrosis angulis delitescerent: prius ipse more Platonico multos annos peragrata græcia exaustisq; ad sacietatem ueræ doctrinæ ab præstantissimis philosophis & doctoribus crudimentis: Demumq; in patriam restitutus eas in apertam lucem tum scribendo tum docendo Laboriosissime reuocare cœptauit cuius dubium est: An boni mores: uitæq; sanctitas an optimarum artium cognitio plus nobis præstiterit. Nouissimus autem ex aduerso iuuenilibus interceptus annis est domicius Calderinus immatura morte ob commune omnium litteratorum dispendium non modo a patria sed ab uniuersa Italia deploratus: Qui emergentes a teterrima barathri colluuione litteras ad lucidissimũ ætheris splendorem ad manum antiquitatis erutor deduxit: abstrusa poetarum & oratorum loca ea ingenii acuitate enucleando inuestigauit: ut Satyricum aquinatem a doctissimis: uenia tamen mortuorum dixerim non intellectum immo multa ignoratione a uero lectionis sensu deuium atq; distractum ad priscum intelligentiæ nitorem restituit. Marcialem ab hominum memoria iam abolitum Papinium letæa Carie sepultum scrupolis enodatis scirpis pueris etiam legendos mira cum facilitate reddidit: Profuturus quoq; non modo in pliniana lectione uerum in omni oratoria facultate nisi illum nobis intempestiua mors inuidisset: Cuius ingenii supra iuueniles annos perspicacitatem atq; doctrinam admiratus Sixtus Pontifex Romanus. Max. ei grandæ annuæ mercedis stipendium ex phisco pro publica prælectione constituit: Quo legente reliqua Romanorum doctorum academia stupefacta & ab eius ore dependens obmutescebat. Quod iam tum mi Andrea nos facile augurari potuimus: quom ille condiscipulus noster sub communi præceptore Antonio Broianiceno & græcas & nostras litteras tanta adiscendi auiditate imbibere flagrabat: Dabatur hic amplissimus campus in quo currentes equos ad anelosam usque lassitudinem defatigare poteram: Si omnibus liberalium artium si in utraq; philosophia: Si cælesti theologia: Si in pontificio Cæsareoq; iure: Si in machaoniis physicorum Aristotelibus: Si in strenuo rerum militarium Robore egregios & multo nomine præditos. Quos ingeniorum fœcundissima Verona protulit. uiros enarrare uoluissem. Sed incitatos sonipedes contractis habenis compressi: quandoquidem in hac

Guarinus Veronēsis

Domitius Caldarianus.

Antonius Broianicus. V. bonaꝝ artiũ litteratissimus.

præfatione illud meum fuit propoſitum atq; conſilium ut quorum in hoc ſa/ erario ſtatuas:& ſigna inuenerim:eas ſolum mihi commemorãdas fore decre/ uerim:Sed forſan ea dabitur opportuna occaſio:ut meis & omnium uotis ſa/ tiſfacere aliquando queam:& utinam:is ſim qui patriæ tantum præſtare poſ/ ſim quantũ uelim. Habes igitur mi Andrea & ſitu & omni frugum uber/ tate atq; amœnitate præpollentem ciuitatem noſtram:ſed illam multo pręcla/ riorem uides:His legum & inſtitutorum ampliſſimis dotibus exornatam ac præmunitam : ut eam talibus iactis fundamentis ſuffultam ſub florentiſſima Venetorum Re publica:atq; tutella perpetuo duraturam ſperemus:Q uæ ti/ bi & collegis tuis plurimũ ſe debere fatetur:Q ui ueſtra induſtria:ueſtra im/ penſa:ueſtra innata animorum liberalitate his ſanctionibus inſtauratis poli/ ticam & ornatiſſimã reddidiſtis:illi uero a me:cui omnia debeo:ſatiſ factũ eſſe arbitror:ſi meæ patriæ ad cuius præſtãtiſſima præconia enarrãda cõſumatus expoſcebatur Orator:non malignus laudator & minus idoneus inueniar.

Finis.Laus deo & gloria ſemper.

Magnifico & Doctiſſimo uiro Domino Franciſco Diedo:Patricio Veneto: artium ac Cæſarei:Pontificiiq; Iuris Conſultiſſimo:Veronæ prætori Ioannes Antonius Pantheus Sacerdos Veneronenſis:Sal.D.



VOM Multis annis antea tua quæ ſtare loco neſcit ingens nominis tui celebritas ad nos perueniſſet tum ob in florentiſſi mo Pataiuii gymnaſio:ad utranq; philoſophiam: ac humani diuiniq; iuris conſultiſſimi dogmata enixiſſime nauatam ope ram:tum ob Diui Rocchi non minus ornate q̃ copioſe a te de ſcriptam uitam:Q uæ cum magno tui ingenio ſplendore per ora hominum uolitans euagatur:tum imprimis ob præclariſſimã ſuperiore anno apud Six/ tum Ponti.maxi.iiii.Functam legationem in qua non minus tua ſollicitudine conſilio & prudentia q̃ Roberti Ariminenſis Venetorum Imperatoris indu/ ſtria:Animi magnitudine atq; armoꝝ peritia & fœlicitate Calaber hoſtis Ro/ mana mœnia diutina obſidione præmens:Diſſipatis copiis:Direptis uexilliſ: captis caſtris e medio marte turpiter fugere coactus eſt:uobiſq; uictoribus nõ mediocre trophœum ac pene triumphum de ſe pręſtitit:mirũ in modum non modo ego. Verũ uniuerſa Veronæ ciuitas faciliũ ingenioꝝ ubertate:fœcunda te bonaꝝ litteraꝝ parentẽ ad præturę magiſtratũ uotis oĩbus expetebat:cuius æqſſima iuſticię lance cõſtanti moꝝ integritate penitiſſima omniũ doctrinaꝝ

eruditione atq; doctrina regeret̃ illuſtraretur q;. Ceterũ partim annuit opta
tis noſtris maximus Deus:ut te prætorem uideremus coleremus:atq; admira/
remur.Idem qui in humanis ex omni parte perfectum minime uult interce/
pit:ne mutuo litterarum ocio tecum perfrueremur : Q uo indies ab uberrimo
fonte tuo epoti docti euaſiſſemus:Q uod ſane effectum eſt ſiniſtro bello℞ tem
pore : quæ idem Immaniſſimus Calaber.hoſtis in Romano agro ignominioſe
ſuperatus in nos uelut truculenta tigris hyrcano furore debacchans.proximo
autumno Veronenſem ac Brixianum agros:depopulatus ſola fuga confidens
intulit:Q uem propediem incomparabili Veneto℞ potentatu:tantiq; ſenatus
prudenti rerum moderatione ac ſuſcepti belli in ingratiſſimum Ducem Fera/
rienſem æquiſſima cauſa nec minus inuictiſſimi Roberti Sanſeuerini multa
rei militaris experientia:Omniumq; rerum gerendarum fœlici exitu atq; cele
ritate intemperantiæ ſuæ ne dicam temeritatis pœnas daturum ſperamus:Sed
quom interea patriæ meæ iuſſis obtemperans præfationem in domus merca/
torum inſtituta conſcripſiſſem:tamen cõmoditati & utilitati meæ pariter con
ſulens mihi ipſi deeſſe nolui : Et perfricata fronte non ueritus ſum a te petere
quod non ſine magno honoris diſpendio præterire nequibam:Fretus ea de te
opinione:q; tua humanitas meam ſuperabit impudentiam:Q ui his tempori/
bus tibi tantum oneris ad caſtigandas meas nugas imponam. Igitur ſi tibi
ab hiſce curis & moleſtiis ſucciſiuæ interdum horæ dabuntur:te oro dieculam
ſuffureris qua proœmiũ hoc tua ſolita graui penſitatione atq; acutiſſima ani/
maduerſione excutias:excuſſumq; perpolias:quandoquidem quicquid tu puni
ceo morſu raſitaueris leuigaueriſq;:nullum deinceps turpem ſitum ſalebroſam
rubiginem contracturum confidimus:Illud inſuper accedit : q; pallidus Inui/
dorum liuor tui nominis auctoritate perterritus ſua rabida lancinatione car/
pere aut infirmare minime audebit:Q uod tuæ teſtimonio Syngraphæ corro
boratum atq; ſolidatum ad amuſſim fuerit:Sed potius muſitans infrendus:ac
interno animi angore ſe diſcrutians diſrumpetur:meaq; hæc qualiſcũq; ſit lu/
cubratio tutius a pluteo euolabit:nec ſalario℞ ronchos phorreſcet:Q uod ſi p
tua ingenita humanitate ut ſpero feceris:illa ſe plus tibi q̃ mihi debere fatebit̃
Vale nr̃i æui decus:Veronæ.VII.Idus Ianuarias.M.CCCC.LXXXIIII.

De Laudibus Veronę Opusculum

Franciscus Diedus Doctor Veronæ Prætor Ioanni Antonio Pantheo Sa/
cerdoti Veronensi.S.P.D.



OGASTI Me Panthee Disertissime tuis litteris quibus
de me honorifice es loquutus:ut præfationem tuā in mer/
catorum ædem tuæ patriæ iussu conscriptam legerem:&
quæq; in ea animaduersione digna executerem:corrigerem
atq; polirem;perpolitā uero atq; leuigatam transmitterem:
Quo inuidorum morsus ac liuorem effugiat:optarem equi/
dem uir ornatissime tantum mihi ingenii & facūdiæ a deo optimo maximoq;
datum esse ut lucubrationē huiusmodi tuam:& præclarum opus hoc ex qua/
rūdam rerum publicarum incremento a te excerptum non dixerim castigare
sed pro dignitate commendare possem:tuaq; laudatione dignus censeri:Verū
quom id pro tua in me beniuolentia factum existimem.tibi gratias ago atq;
habeo:tum ꝙ me præ omnibus honesta uoluptate perfrui uolueris:tū ꝙ ube/
rem copiosamq; præfationem hanc prius q̄ ederetur mea qualiscūq; foret:eli/
matione castigandam dederis:Postremo ꝙ nos tanti feceris quanti esse uelle/
mus:Quo patriæ tibi & amicis omnibus usui-quādoq; essemus:Libellus uero
tuus multarum rerum copia refertus:quom in tot(ut nosti)publica quę indies
emergunt a me sæpius legeretur:illum profecto ingenio ac tua eruditione di/
gnum censui:ita ut externo laudatore minime indigeat:Plus enim mi Panthee
libellus ipse gratiam suam per se testatur:aspectuq; suo probat q̄ meo uel cu/
iusquā alterius sermone cumulate laudari possit:suo igitur utitur testimonio
& quidem locupletissimo:propriumq; redolet nectar & balsama:& quicquid
mittit India nobis:Neq; certe in eo habeo quid primum aut postremum po/
tissimum laudem:Quom omnia ita eleganter & disposite dicta sint:ut inter
se suaui quadam concinnitate & lepore conueniant:Fecisti præterea quod pri
mum non insulsis scriptoribus faciendum arbitror:ut non uulgaria & quæ
passim per omnium ora iactata sed noua quædam protuleris:ea uero &si ue/
tusta sint:omniq; ueneratione digna:tamen quia longa quadam obliuione pe/
ne extincta:tua opera:tuoq; studio ex ueteribus litterarum fontibus eduxisti:
tibi habet gratias ciuitas hæc florentissima ingeniorum alumna:Quod eius
laudes:agri fertilitatem:uellerum commoda:tam apte tam scite tamq; ornate
descripseris:Latium uero omne tuo munere locupletatum laudes non contice/
scet tuas:nomenq; posteritati consecrabit:Quum tantum nitoris:& elegantię:
ea omnia redoleant:ut speciosa illorū mundicies:& ornamenta oblectare prin/
cipem regemq; possint:In quibus profecto ut de Marone legitur:nec præcipi
tem breuitatem:nec infinitam copiam:nec ieiunam omnino siccitatem aspici/
mus:ue; modo copiosam:modo aridam:modo floridam:modo simul omnia:

ſicuti & terram ipſam hic lætam ſegetibus & pratis:hic ſiluis:& rupibus hiſpidam : hic harenis Siccam : hic fontibus & fluminibus irriguam intueri facile poſſemus:Quamobrem tibi pro meo in te inclytamq; patriam tuam Veronam amore ac beniuolentia gratulor:q; eius laudes commendaueris : ipſaq; te genuerit qui cum priſcis tuis conterraneis eloquio ac eruditione concertare facile poſſis:Te poſtremo Panthee mi hortor & moneo ſi tuæ confidis laudi : Si mortalium commoda optas:ut tempus omne tuum ad ſcribendum docendumq; conferas:ne præclara adoleſcentiū ingenia ocio marceſcant:neue ingenii præſtantium & doctrinarum cultum:Scribendiq; facilitatem a ſuperis fruſtra conſequutus eſſe uideatis: Vale:Veronæ Kal.Martiis.M.CCCC.LXXXIIII.

INſtauratum hoc ſtatutorum opus eſt : Andrea Banda iuris utriuſq; conſulto:& mercatorum Domus uicario:Petro Brauo ædili minore Franciſco Perſico:Hieronymo Moſcardo:Bartholomeo Dentarino Conſiliariis:Quorum induſtria: & impenſa in hūc: quem uides:o:lector nitorem reſtitutum eſt.

IN LAVDEM OPERIS: ET AVCTORIS CARMEN: PER DANTEM ALIGERIVM VERONENSEM.



Oſtera quos aliis cineri donauerat ætas
   Cum legeret titulos poſt niſi fata nepos
Panthee uiuenti præſens tibi præſtat honores:
   Atq; tuum nomen tempora noſtra colunt:
Hinc tibi ſacratis quæ ſplendet imago libellis
   Ponitur:ut poſſis poſteritate frui.
I nunc liuor edax mordaces comprime dentes:
   Hoc uiuis quando contigit ante decus.

In Laudem Operis: & Auctoris Carmen: per Auguſtinum Capellum Veronenſem.



Vm patriæ leges mores bona commoda laudes:
   Gemmato eloquio Panthee docte tonas.
Illa memor uiuo nulli quod præbuit ante
   Hic opus atq; tuam dedicat effigiem:
Tu quicunq; putas nimium hoc opus inſpice cenſor
   Dicq; uel inuitus Pantheus hoc meruit.

In eundem Auctorem per eundem Auguſtinum Capellum.



Vid ſpectas fixoſq; oculos in imagine Panthei
   Sæcula quam uiuo noſtra dedere tenes:
Q uod prius hoc paucis ætas conceſſit auorum
   Si nimis hoc ideo creditur eſſe ſibi.
Perlege opus lecto iam demum candide cenſor
   Aut hoc aut etiam plus meruiſſe feres.
Hic tibi perſpicua fulgent in imagine uultus
   Hic ſunt ingenii Panthee dona tui.
Vtraq; dant laudem poterit tum illa perire
   Iſtis perpetuum Panthee nomen habes.

In Laudem Operis & Auctoris. Carmen per Doctissimum. V. Iacobum Comitem Iuliarium Veronensem.



Parsa q; in uarias fuerant quæ singula partes
Digesta in nitidum iura uolumen habes:
Andreæ debes æterna insæcula bandæ.
Institor:hæc solers qui tibi dona dedit:
Omnibus excussis olim frustratus abibas
Præstabit facilis nunc tibi cuncta labor
Obuius en nitida procedit fronte libellus
Conspicuus minio/purpureusq; toga
Prima gerit patriæ laudes/pars altera leges:
Saltem aperi & primæ perlege partis opus:
Templa uias arces mirabere flumina pontes
Vrbis/& omniferi nobile germen agri
Hinc ueteres numerabis auos:Doctosq; poetas
Plurima quæ nostræ nomina gentis erant:
Accedet priscos inter noua gloria uates:
Pantheus Ausoniæ pallados unus honos
In primo occurrent auctoris margine uultus
Aspice apelleæ quos posuere manus
Et dicas tales meruit si uiuus honores
Continget qualis gloria post cineres:

In Laudem operis/& Auctoris:per Andreã Bandam iuris utriusq; consultum:

Visquis ab extremis peregrinus ducit oris
q Areus miratr Roma superba tuos:
Atria uersa solo:Seu quæ cecidere ruinis
Templa Deum:atq; aras:quæq; uetusta iacent
Mirandas statuas:stupet aduena apellis honores
Zeusidis ingenium:Parasiiq; manus/
Nos modo miremur uiuos si spiritus adsit.
Vultus aut faciem Panthee.Docte tuam.
Ante oculos spectanda hominum tua uiuet imago:
Scripta tenent geminos sparsa deserta polos.

Viuet at iſte liber: Laudes qui amplectiť amplas
Alma parens quibus en: Seu micat omnis ager
In facie hic quæ laudat habes: ſtant omne ſolum
Luminibus propriis quæq; remota uides:
Tanto igiť tibi grata parens Verona labore
Munera uiuenti ſoluere digna parat
Te locat illuſtres ſacer inter Panthee uates
Inter auos priſcos pingeris ipſe patres
Sic petit excellens tua uirtus: fama uerendus
Ordo: tuis dantur talia pro meritis:
Poſt cineres tibi maior erit non gloria: nullus
Qui queat augeri crede triumphus erit:
Laus Deo.


In Laudem Operis & auctoris per doctiſſimum utriuſq; linguę. Virum & confratrem Virgilium Zauariſium: ac urbis Veronæ Canzellarium Generalem Benemeritum.

I Quis in helyſiis campis: umbriſq; beatis
f Sēſus ineſt uerſanť ubi pbus atq; palęmō
Orbilius libanus ſcribonius: atq; meliſſus
Cæſarienſis item primanus quintilianus
Seruius: interpres donatus & ipſe maronis
Victorinus: ariſtarchus Theodorus uterq;
Statius: antoni pectus quæ gaudia terrant
Broianice tuum: ſulgenti forte tuoꝝ
Lumine tironum: turbas ſi quando recenſes
Prodiuere tuis uates & rhetores antris
Egregii: Quoꝝ paſſim nunc ſcripta leguntur.
Sparſa per heſperiā: ac ambos hyperionis axes.
Sub te uirtutum & morum documenta bonoꝝ
Prima receperunt aſclepius atq; machaon
Plurimus: & multi quos ornat laurea uiris
Sed reliquos inter gemini ſtant uertice celſo
Pantheus aonidum celeberrima cura dearū
Doctoris ueneranda ſequens ueſtigia magni
Bandaq; qui poſtq̄ defleuit funera lauri
Immola alexandri geniti quoq; apolline dextro

Aduentū euganeas celebrauit carmine ad arces
Ad reges animū superato helicone supremo
Transtulit: & patriæ manibus suscepit habenas.
Hic dum ṗpræcor celsa stat sede senatus
Consulto decretus ubi prætoria nostra
Constituere patres ueteres mercantibus urbe
Q uatuor ac inter medius cylenia furta
Corrigit: & fraudes eius censura coercet.
Atq; studet primo Breneos reddere pannos.
Sub precio artificumq; manus punire dolosas.
Ecce uidet Laceras leges: edicta priorum
In turpi putruisse situ: nullo ordine queri
Q uid lex certa iubet: statuit qd & ante uetustas
Tum uero patriæ sortem miseratus iniquam:
Andreas facili socioꝝ mente probante
Has reficit leges: istoq; uolumine claudit.
O. Laus ampla uiri: non hoc minor esse solone
Censendus leges populis dedit ille seueras.
Non tamen æternas: seruatas tempore paruo
Ast banda a nostris cultas maioribus & nunc.
Iam discessuras leges reuocauit in urbem
Q uæ uiuent donec Venetoꝝ regna manebunt
Donec marmoreos athesis descendet ad agros
Donec benaci nascetur mincius undis.
Pantheus ipse autem pueros fragilemq; iuuentam
Erudit ambabus linguis: uirtutibus atq;
Et numeris cantare docet: pedibusq; solutis
Dicere & ipsa lyra dulci uenusinus habetur
Argutis epigrāmatibus iocundus & acer.
Heroas si forte canat martemq; cruentū
Emathias acies aut troia bella tonantem
Credideris nuper dotes telluris alumne
Victuris longo scripsit sermone papyris:
Venturo has: bandæ sollertia: tradidit æuo
Discipulis te sancte pater fœcundior alter
Nullus in ausonia doctis: si non pudor adsit
His me connumerem: sed nō ego dignus haberi

Inter tot uatum consortia sacra piorum.
Q uãuis fonte tuo:quicquid scio fluxerit:olim.
Sis animo pater.alme bono maiora parantur
Broianice tuo fœlici gaudia cordi
Cum bandæ & Panthei uariabunt tempora cani.

Laus Deo:Finis & gloria.



Annotationum Ioannis Panthei Veronensis De Balneis
Caldarianis:& de Vrbis Veronæ Laudibus Finis.

